✠ * ✠ * ✠ * ✠ * ✠ * ✠ * ✠

BIBLIOTHECA RABBINICA,

Ordine Alphabethico diſpoſita, tanta quanta nunc haberi potuit.

Equidem probè ſcio illud, כל דבר חביב בזמנו *Omnis res grata eſt, quæ fit in tempore ſuo:* at verò, ut hæc mea ſequens opera in proponenda bibliotheca Rabbinica in tempore fiat, valdè vereor. Eſt enim nec unius horæ, nec unius hominis. Exſpectaveram aliunde ſubſidium, quod in tempore non venit; & mihi quidem ad hanc rem nunc fuit זוודין קלילין באורחא רחיקתא *viatici parum in via longinqua*. Nec ſum כבן עזאי בשוקא דטבריא *ut heros ille Aſſæus in foro Tiberiadis*, (Eruvin fol. 29. col. 1.) qui poterat montes eradicare & transferre, ac omnibus interrogantibus abundè ſatisfacere. Et quis dediſſet mihi אברי כיונה *alas columbinas* (ut Pſaltes loquitur) ut perniciter avolans, & bibliothecas publicas (nam privatæ ad hanc rem rariſſimæ) Prin-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

μέλλων γὰρ αἰεὶ δρᾶν τὰς οὔσας τέμν
καὶ τὰς ἀπούσας ἐλπίδας διέφθορεν
Cum prorogat ſemper facere præſentia ſimul,
Etiam futuras ſpes omnes perdidit. Ne idem & in hoc argumento contingeret, volui aliquid potiùs, quàm nihil in publicum afferre, &
Stamina prima jugo componere, ut altera virtus
Inſerat in medio, radiis ſubtegmen acutis.

Ergo, Lector benevole & docte, quę hîc nec annotata, nec explicata, (quę ſcio plurima eſſe) tu adde & explica: libros quos habes aut videris, nominato, argumentum dicito, locum impreſſionis ſubjicito, eaque vel mecum, ſi placet, communicato, vel hiſce meis initiis appoſita, ſub tuo nomine publicato. Αʹφθόνοι μουσῶν θύραι *Expertes invidiæ ſunt januæ*, & juxta Hebręos. כל המוסיף מוסיפין לו וכל הגורע גורעין לו *Qui addit, ipſi addetur, & qui ſubtrahit, ſubtrahetur ipſi.* Sic tandem tela hęc cæpta pertexetur, & ſcient noſtrę quoque ſcholę, quam Synagoga Judaica ſapientiam olim profeſſa ſit, & quam hodie doctrinam profiteatur. Licebit & hîc aurum ex ſtercore colligere, & margaritas pretioſas fimo recondi-

cipum vel urbium perquirens, libros Hebræos ſagaciùs & penitiùs cognoviſſem? quis me pulvere aromatario aut ſucco malogranatorum ſatis confirmaſſet, ut fumoſas & maleolentes Judęorum caveas permeare potuiſſem? Et tamen tale aliquid fieri neceſſe fuiſſet, aut certè fidi alicujus Judęi operâ utendum illi, qui huic operi manum adjicere cogitaſſet. His mediis quum deſtitutus hoc tempore fuerim, prętitiſſet fortè de re adeò ignota tacere, quàm loqui. Nam in talibus, אם הדבור כסף השתיקה זהב *ſi locutio argentum, ſilentium aurum eſt*, ut habet משל הקדמוני *proverbium antiquum*; Immò מלה בסלע והשתיקה בשניים *ſi verbum tetradrachmo, ſilentium duobus tetradrachmis æſtimandum* (ſic etiam legendum in Elencho trihęreſij pag 105.) quod Talmudiſtę efferunt. מלתא בסלעא משתוקיתא בתרין Quinetiam דלת דננעלת לא במהרה תיפתח *Janua repagulata non citò aperitur.* Sed enim in ſilentio omnium, quid vetat modeſtè proloqui? ubi omnes cunctantur, quid nocebit inceſſum urgere? Cunctatio enim non tantùm in pręſens noxia, ſed & in futurum damnoſa ſępè evadit, ut vel illud teſtatur, quod Oreſti reditum differenti reſponſum fuit

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

to pariete intergerino, ejuſdem cives factos, & januis Templi Hieroſolymitani ſponte ſua, quadraginta annis ante Urbis vaſtationem, apertis, aditum & ingreſſum nobis Chriſtianis quoque liberum in Eccleſiam Dei præbuiſſe. Cognoſcant, inquam, *ex Tzion egreſſam eſſe Legem, & verbum DOMINI ex Jeruſalem*, Jeſajæ 2. & nos ex fontibus Iſraelis affatim quoque bibiſſe. Sic tandem quoque fiet, ut Judæi ex verbo Dei & propriis ipſorum libris, erroris & cœcitatis tanto meliùs convinci, de veritate erudiri, & ad ſalutem adduci & converti poſſint. Quod fieri ut nobis Chriſtianis optandum, ita quoque opera danda, ut fieri commodè per nos poſſit, ad quod ſubſidium admirabile præbebit librorum, quibus ipſimet Judæi utuntur, familiaris cognitio. Ergo nunc bibliophylacia ipſorum curſim perquiramus.

Libri Commentariorum in ſacram Scripturam varii ſunt, & diſtincti primùm in libros diſtinctos biblicos prodierunt, quos hîc ſigillatim annotare, nimis foret copioſum & tædioſum. Commentarius Hebraicè dicitur פירוש *Peruſch*, pluraliter פירושים *Peruſchim*, Commentarii vel Commentaria, Explicationes

T 3 ver-

tas reperire. Dixi, non tantùm titulum & nomen libri, ſed & argumentum ſpectandum eſſe. Id fieri perneceſſarium. Sunt enim librorum Hebraicorum tituli, quos ex ſacra Scriptura ferè deſumunt, aut ad ſui nominis memoriale effingunt, ita comparati, ut quid libro tractetur, ex iis videri nequeat. Oculare ergo judicium hîc accedat neceſſe eſt. Uni verò libros Hebræorum omnes, aut maximam eorum partem videre, vix unquam facultas dari poteſt, unde plurium opera hîc requiritur. Nam alii alios vident & conſequuntur, qui ſi ſuum de iis judicium in unum conferant, aliquid magnum effici poteſt, ad quod eos hacce mea opellâ, ut amicè invitare volui, ſic etiam facilè excitare ut poſſim, boni publici cauſâ opto. Non omnium, fateor, hic labor eſt ut nec omnes qui Biblia Hebræa legunt: alios idcirco Hebræorum libros legere poſſunt: quibus verò hæc facultas à Deo conceſſa eſt, illi in publicum conferant, quicquid uſui & commodo noſtris Scholis hîc eſſe poſſit. Sic fiet, ut hæ literæ inter Chriſtianos magis magiſque propagentur, & obſtinata gens Judaica cognoſcat, etiam eos qui aliquando à Republica Iſraelis erant remoti, nunc remo-

to

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

verborum & rerum. Commentator, Interpres, dicitur מפרש *Mephareſch*, pluraliter מפרשים *Mephareſchim*, Commentatores, Interpretes, ſcriptores commentariorum. Horum quidam ſublimiori dicendi genere delectati ſunt, & ſubtiliores in commentando fuerunt, unde alios interpretes deſiderarunt. Inter eos princeps fuit רש״י *Raſchi*, id eſt, R. Salomon Jarchi, in cujus commentaria complures alii alias declarationes conſcripſerunt. Talis ſupercommentatio vocatur ביאור *Biur*, & pluraliter ביאורים Elucidationes, Declarationes. Sic extant etiam *Biurim*, ſuper ſpeciales quoſdam commentarios Aben Eſræ & Rambam. Alii in integra Biblia commmentati ſunt, alii in aliquot tantum libros, plures omnium in Legem Moſis. Horum libri plerique omnes titulo פירוש *Peruſch* comprehenduntur, addito libri nomine, in quem commentatio inſtituta eſt: ut, פירוש רש״י על חמשה חומשי תורה *Commentarius Raſchi ſuper pentateuchum*, & ſic de aliis.

Libri antiquiſſimi Hebræorum omnium ſunt, Targum ſeu paraphraſis Bibliorum Chaldaica, Jonathanis & Onkeli, quorum ille paulò ante Chriſtum, hîc paulò poſt Chriſtum floruit, etſi quidam ſcri-

ſcribant, eos ſe cognoviſſe mutuo. Doctrina Talmudica ſparſis quidem chartis hinc inde per Judæam & Babyloniam fuit concepta, ſed in libros nullos relata, donec veniret R. Jehuda hakkadoſch, id eſt, ſanctus, ut ſuprà dictum, & inde tandem Talmud ortum. Aliâs de nullis libris ante Chriſtum conſcriptis conſtat. De libro זוהר *Zohar* & libro בהיר *Bahir* alibi diximus, eſſe eos Judęis, poſt Targum, omnium antiquiſſimos. Poſtea ſecuti ſunt תורת כהנים *Toras cohanim*, qui & ספרא Siphra vocatur: poſtea *Seder olam rabba*, *Mechilta*, *Bereſchis rabba* cum reliquis ipſi adjunctis, de quibus in ſpecie in ſequentibus dicetur. Poſt illos diuturnum fuit Doctorum virorum ſilentium, propter graviſſimas calamitates exilii, quod in hunc diem durat. Paulò poſt milleſimum à Chriſto annum ſtudia literarum renaſci inter ipſos cæperunt, & Sapientes ipſorum publicè inclareſcere, inter quos primi fuerunt *R.* Chananael & *R*af Niſſim, pręceptores *R.* Nathanis, authoris Lexici Talmudici Aruch, & *R*abbi Gerſomi. Deinde *R.* Gerſom, qui dictus fuit lumen captivitatis. *R.* Schlomo ſive Salomon ben Gavirol, *R.* Moſche haddarſchan, pręceptores fue-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

runt *R.* Salomonis, & ſic deinceps ab his innumeri docti viri prodierunt. Ab his ergo, id eſt, à milleſimo poſt Chriſtum anno, plerique libri Judęorum prodiere cæperunt. Qui antea fuerunt, (quorum pauci) non Bibliis, ſed Traditionibus Talmudicis explicandis pręcipuè occupati fuerunt.

Inter Commentatores bibiicos primus & pręcipuus eſt רשי *Raſchi*, ſive *R.* Salomon Jarchi, cujus commentaria pleraque omnia Bibliis majoribus Venetis addita ſunt. Manuſcriptum ejus commentariorum volumen ingens & integrum, trecentorum annorum antiquitatis Joſephus Scaliger, pię memorię, legavit Academię Leidenſi. Secuti eum ſunt, Abraham Aben Eſra, *R.* David Kimchi, רמבן *Ramban* ſeu *R.* Moſche bar Nachman, רל ב ג *Ralbag*, id eſt, *R.* Levi ben Gerſom, *R.* Saadias, *R.* Iſaac Abarbinel, qui plerique in integra Biblia commentati ſunt, & partim ſeparatim, partim magnis Venetis Bibliis majori ex parte additi, etiamnum extant. Intellexi nuper, integrum Abarbinelem, in Turcia duobus magnis voluminibus excuſum, pactum eſſe amicum meum, Gualterum Keuchenium, Rectorem Scholæ Hanovianæ.

Quod

Quod ſi verum, eſt quod ſibi gratuletur. Nam liber eſt ſummè commendatus. Kimchius in Legem an commentatus ſit, ambigo.

Qui ſpecialiter in Legem Moſis ſcripſerunt, complures ſunt, inter quos celebres habentur, *R.* Abraham Hiſpanus, cujus liber vocatur צרור המור *Tzeror hammor* Faſciculus myrrhæ: רבי בחיי Rabbi Bechai; *R.* Moſche bar Nachman: liber תנחומא *Tanchuma*, liber עקדת יצחק *Akedas Jitzchak* ſive Ligatio Iſaaci: Rabbi Moſche haddarſchan, Gallus, ex quo Galatinus multa adducit, de quibus in ſpecie plura in ſequentibus dicemus. Geſnerus in Bibliotheca ſua notat, complura horum Rabbinorum Commentaria à Conrado Pellicano, viro in his literis doctiſſimo, Latinè converſa eſſe. *Hoc in prima Bibliothecæ hujus Rabbinicæ editio ne in dubium fuit vocatum à Patre. Sed vir Clariſſimus, D. Johannes Jacobus Wolphius, Hebrææ & Grææ Linguæ in Schola Tigurina Profeſſor doctiſſimus, Amicus noſter integerrimus, nuper per literas nos edocuit, non tantùm hujus generis Commentaria, ſed majoris quoque momenti & graviores authores ab eo converſos eſſe, quod hoc loco nunc proferre, ne Eximius ille Vir meritiſſimâ erudi-*

ruditisſimorum ſuorum laborum laude privetur, ingenuitatis noſtræ eſſe duxi. Nam præter ordinarios & vulgares Commentatores, vertit etiam Tzeror hammor R. Abrahami Hiſpani: magnam partem Rabbi Bechai in Legem: Rabbos: Pirke R. Elieſer: Res geſtas Regum Jſraelis ſub Templo ſecundo: Halichos olam: Michlol R. Davidis Kimchii. Libros quoſdam ex libro *Jad* Majemonidis, &c. Complures etiam Tractatus Talmudicos, *quæ omnia unà cum aliis ejus ſcriptis aſſervantur in Bibliotheca Tigurina.*

Separatim hæc Commentaria rariùs hodiè inveniuntur. R. Davidis Kimchi Commentaria in Pſalmos excuſa ſunt Venetiis unà cum textu punctato, in octavo, Anno ש״נו, 356. i. e. Chriſti 1596. Eſt etiam idem Kimchi excuſus Iſnæ, opera Pauli Fagii, in parvo folio, Anno 1542. in qua editione plura extant quàm in priore Veneta. In fine ejuſdem libri adjunctæ ſunt ſeparatim omnes objectiones Kimchianæ ex Pſalmis petitæ, adverſus Chriſtum & fidem Chriſtianam.

Biblia Hebræa impreſſiones varias habent.

In folio, imprimi cœpta Venetiis. Anno Chriſti 1515, & finita Anno 1517. per

Danielem Bombergum, ſtudio inprimis Felicis Pratenſis, cujus ductu & auſpiciis Bombergus iſte literas Hebræas primùm didicit, & per typographiam mirificè, propagavit. Continet iſta editio textum biblicum, Targum, & variorum Rabbinorum Commentaria. In *Pentateuchum*, R. Salomonis Jarchi. In *Prophetas priores*, id eſt, Joſuæ, Judicum, Samuelis & regum, libros, item in omnes *Prophetas poſteriores*, & in *Pſalmos*, *R.* Davidis Kimchi. In *proverbia*, Kaſvenaki. In *Jobum*, R. Moſis Nachmanidis, & R. Abrahami Peritſol. In *Chameſch megillos*, quinque libellos, nempe, *Cant. Ruth*, *Threnos*, *Eccleſiaſten & Eſther*, R. Salomonis. In *Danielem*, *R.* Levi Gerſomi. In *Eſræ*, *Nehemiæ & Paralip. libros*, R. Salomonis. Adjecta in fine, 1. Targum Hieroſolymitanum in Pentateuchum: 2. Targum ſecundum in librum Eſther: 3. Tabulæ Haphtararum, id eſt, Lectionum propheticarum, cum Sectionibus Moſaicis. 4. Tredecim articuli ſive fundamenta fidei Judaicæ, poſita à Rabbi Moſche Majemonide. 5. Præcepta omnia Legis, jubentia & prohibentia, quæ ſunt תר״יג 613, quem numerum idem vocabulum תּוֹרָה exprimit;

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

mit. 6. Brevis inſtructio de Accentibus Hebraicis, R. Aharonis, filii Aſcher. 7. Varietas lectionis vocum quarundam biblicarum, inter Ben Aſcher & ben Naphtali, id eſt, orientales & occidentales Judæos. Hanc editionem vehementer reprehendit Elias in præfatione libri tertii Maſoreth, propter notas Maſorethicas iſti editioni ad marginem adjectas, ſuadens ut nullus ad eas animum ponat. *Nam*, inquit, *qui appoſuit eas, non potuit diſcernere inter dextram aut ſiniſtram ſuam, quia non fuit Judæus, & in Maſora nihil quidquam intellexit, &c. aliquando bonum poſuit in textu, & falſum in margine, aliquando contra palpans, ſicut cæcus in tenebris.*

In *folio* rurſus edita Venetiis per eundem Bombergum, inchoata Anno Chriſti 1523. & finita Anno Chriſti 1528. ſub finem menſis תשרי *Tiſri*, quando Judæi inceperant numerare annum à condito mundo 5286. Hæc editio continet Targum, Maſoram, & varia Rabbinorum commentaria.

Pentateuchus cum Com. *R.* Salomonis & Aben Eſræ.

Prophetæ priores, cum Com. *R.* Salomonis, Kimchi & Ralbag, id eſt, *R.* Levi ben Gerſom.

Prophetæ poſteriores Jeſajas cum *R.* Salom. & Aben Eſra. Jeremias & Ezechiel cum *R.* Salom. & Kimchi. 12. minores, cum *R.* Salom. & Aben Eſra.

Pſalmi cum *R.* Sal. & Aben Eſra.

Proverbia & Job cum Aben Eſra & Ralbag.

Daniel cum Aben Eſra & *R.* Saadia.

Eſra cum *R.* Sal. & Aben Eſra.

Quinque libelli cum iiſdem.

Paralipom. libri cum *R.* Salomone tantùm.

Præmiſſa operi ſunt, 1. Præfatio *R.* Jacob ben Chajim, in qua agit de utilitate Maſorę; diſputat contra eos, qui exiſtimant קרי וכתיב *Keri & Keſif*, i. e. varietatem lectionis inde natam, quòd de vera lectione dubitatum fuerit: agit de differentia inter authores Gemaræ ſeu Talmud, & inter Maſorethas, qui inter ſe in pleriſque diſſident: de octodecim locis, quę dicuntur תיקון סופרים *Tikkun ſopherim*, Correctio ſcribarum, quòd ſcribę ea correxerint; denique de ordine Maſorę magnę. Ex hac Elias quędam deſumpſit in pręfatione ſua tertia libri Maſoreth. Nos utramque Latinè redditam, unà cum libro integro Maſoreth Elię, ſuo tempore, ſi Deo placuerit, exhibebimus.

2. Index

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

2. Index capitum, omnium librorum Biblicorum. Capita autem vocantur פרשיות *Parſchios*, Sectiones, ſuper quas notata ſunt סימנים *Simanim*, id eſt, ſigna ſive capita.

3. סדרי התורה Index Ordinum ſive ordinatarum partium & ſectionum totius Scripturę, juxta Maſorethas.

4. Pręfatio Aben Eſræ de ratione commentariorum in Legem ſive ſacram Scripturam. Agit de quinque modis, quibus interpretes Legem explicant: 1. eſt Orientalium Judęorum in regno Turcię, qui prolixitatem in commentando ſequuntur, ac cœlum terrę miſcent, veluti *R.* Iſaac quidam, qui duos magnos libros commentariorum ſcripſit in Caput primum Moſis. 2. Sadducęorum & ſimilium, qui textum tantùm retinent, & omne genus commentandi reſpuunt. 3. Qui myſticè Scripturam interpretantur, habentque Scripturam veluti mera ænigmata. 4, eorum qui ſequuntur דרש *Draſchim*, id eſt, homilias allegoricas. 5, eorum qui ſenſum literalem, genuinum & Grammaticum ſequuntur, quod genus interpretandi optimum, & quod ſe ſecuturum promittit, & reliquos modos refutat & rejicit.

Maſo-

Maſora duplex adjecta, *Minor* & *Major.* Maſora minor paſſim textui biblico adjecta, ad latera textus. Major partim in fine ſpecialiter appoſita juxta ordinem Alphabeticum, cum inſtructione R. Jacobi ben Chajim, partim per tota Biblia, ſupra & infra textum cujusque paginæ. Poſtea ſubjicitur varietas lectionis, inter filios Aſcher & filios Naphtali, orientales & occidentales Judæos: item Inſtructio brevis de Accentibus Hebraicis.

Biblia Complutenſia, cum textu Hebræo, Chaldæo, Græco & Latino, ſtudio & ſumptibus Franciſci Ximenii, Archiepiſcopi Toletani excuſa, prodierunt Anno Chriſti 1515.

Biblia ſacra, Hebraicè, Chaldaicè, Græcè, cum ſingulari verſione Latina. Philippi II. Hiſpaniæ Regis Cathol. pietate & ſtudio ad ſanctæ eccleſiæ uſum, prodierunt aliquot Tomis, elegantiſſimis typis à Chriſtophoro Plantino adornata, Anno Chriſti 1571. Operi huic magnifico præfuit Benedictus Arias Montanus. Hæc Biblia Bibliis Complutenſibus perfectiora & illuſtriora ſunt, Bibliothecis Chriſtianorum principum ſatis nota, utinam & viris doctis ſatis trita. Ex hoc Opere Tomus biblicus cum interlineari

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

neari verſione Latina Sanctis Pagnini ſeparatim etiam fuit venditus, quæ Pars ſimili formà nuper recuſa Genevæ, typis Roberti Stephani.

Biblia Hebræa nuda in fol. & in quarto, impreſſa, Anno 1494, correctiſſimè. Ibidem quoque in 8° excuſa, typo minuſculo eleganti, cum punctis, quale exemplar ſemel tantùm apud Judæos vidi.

Biblia Hebræa in 4° excudere cœpit primò Venetiis Daniel Bombergus, Anno 1511, & deinceps ſæpiùs recuſa.

Biblia Hebræa in 4° à Chriſtophoro Plantino cum punctis vocalibus ſæpiùs excuſa ſunt, & in 8° ac 24° ſine punctis. Ab eodem etiam excuſa in 8°, cum punctis.

Biblia Hebræa in 8°, typo admodum minuto, cum punctis & accentibus, Baſileæ Anno 1610. excuſa. Proſtant Francofurti apud Judæos.

Biblia Hebræa in 16° à Chriſtophoro Plantino edita, cum punctis vocalibus.

Biblia Hebræa in 4° ante Plantinum Lutetiæ excudit Robertus Stephani, typo illuſtri majuſculo. Ab eodem excuſa in 16° eleganter & correctiſſimè, Anno 1544.

Bi-

Biblia Hebræa in 4° cum commentariis R. Salomonis, per Johannem de Gara, Venetiis.

Chumaſch cum Targum & Commentario R. Salomonis, & R. Moſis Nachmanis Gerundenſis, & Commentario marginali R. Iſaac Avuhaf אבוהב impreſſus Venetiis per Danielem Bombergum Anno 308. Chriſti 1548. in folio. Adjectæ ſunt V. Megilloth & haphtaroth.

Chumaſch ſive Pentateuchus cum Targum Onkeli, verſione Arabica R. Saadiæ, & Perſica Tavaſii, Commentariis item R. Salomonis in folio, Conſtantinop.

Chumaſch ſive Pentateuchon Hebraicum, cum triplici Targum, Onkeli, Jonathanis & Hieroſolymitano, ac commentariis Rabbi Salomonis, & notis quibuſdam Maſorethicis ac ſymbolis Gematricis. Item Chameſch megillos, ſive Quinque libelli cum Targum & Raſchi, Eſther autem cum duplici Targum: item Haphtaræ ſive Sectiones propheticæ. Item Liber תולדות אהרן *Toledos Aharon*, continens Indicem omnium locorum Pentateuchi, & quinque libellorum, quæ adducuntur & explicantur in Talmud, in libro זוהר *Zohar*, in libro עקידה *Akeda* & libro עקרים *Ikkarim*, adducto librorum capite, folio & columnâ. Impreſſus liber Venetiis apud Johannem de Gara, Anno שמ״י & נש״א, id eſt, 1590 & 1591.

Chu-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Chumaſch ſive Pentateuchus, in 24ō ſine punctis, editus Venetiis per Johannem de Gara, Anno שמ״ח, eſt, 1588. Adjecti ſunt quinque libelli cum Haphtaris ſive lectionibus propheticis. Hunc libellum Judæi peregrinantes ſolent circumferre, ut lectiones Sabbathinas ex eo peragant.

Chumaſch cum Gloſſa R. Salomonis Hebræogermanicè, impreſſum bis Baſileæ.

Sed omiſſis his generalibus, ſpecialia librorum Rabbinicorum nomina nunc perſequamur.

LIBRI RABBINICI
Ordine Alphabethico diſpoſiti.

א

אב ואם *Av vaem*, Pater & mater. Liber grammaticalis, quem compoſuit quidam R. Juda ben Kariſch, ut eſt in libro מאזני לשון הקדש / ubi dicitur eſſe eximius & honore dignus.

אבודרהם. Liber ritualis, & Commentarius ſuper Precationes Judæorum. Venetiis in 4ō, Anno 326. Chriſti 1566.

אבן בוחן *Even bochan*, Lapis lydius, Lapis pro-

probationis. Author רבי יצחק שפראט, qui vixit Anno Chriſti 1375. vel ספרוט Sprot, ut ſcribitur in Juchaſin, fol. 133. col. 2. Eſt autem ſcriptus liber contra Chriſtianos. Sunt adhuc alii hoc nomine. Hinc in Catalogo quodam librorum Judaicorum, Francofurto ad me miſſo, liber hujus nominis ponitur, qui dicitur eſſe poeticus qualis eſt משל הקדמוני.

אבן העזר *Even haeſer*, vel ut alii, אבי העזר *Avi haeſer*. Liber ritualis, cujus author R. Iſaac Karo, editus Venetiis.

אבן יחייה *Even Jechijah*. Eſt Commentarius in Hagiographa & quinque libellos. Citatur in libro Tzemach. fol. 35. 1.

אבן סינא Avicenna, Rabbinicis literis excuſus.

אבן הפילוסופים *Lapis Philoſophorum*. Liber Cabaliſticus, author R. Saadias, qui etiam ſcripſit ספר האמונות.

אבן שועי *Even Schoi*. Commentarius eſt in Legem.

אבן שתייה *Even Scattijah*, Lapis fundamenti. Liber eſt in IV. partes deciſus, in I. agitur de eſſentia Dei, in II. de Providentiá Dei, in III. de Legis ſcientia, in IV. de obſervatione præceptorum Legis. Vidi olim MS. in Bibliotheca Heidelbergenſi.

אבקת רוכל *Avkas rochel*, Pulvis aromatarius. Author ejus ר׳ מכיר, ut notatur in

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Juchaſin folio 163. Liber parvus eſt in 8$\bar{o}$. Subdiſtinctus in tres libros: in *Primo* agitur de ſignis, prodigiis, bellis & calamitatibus, quæ adventum Meſſiæ præcedent, & vocantur vulgò à Rabbinis חבלי משיח *Chevle Maſciach*, Dolores Meſſiæ. In *ſecundo*, de Anima, ejus diſceſſu ex corpore & quò vadat: de ejus ſtatu in inferno, & quid infernus ſit, de ſeculo futuro & vita æterna: de reſuſcitatione mortuorum. In *tertio* de iis, quæ dicuntur eſſe הלכה למשה מסיני Traditio Moſis de monte Sinai: de formatione hominis, & numero membrorum ejus, & quibuſdam Gematricis Cabaliſticis ex Lege. Impreſſus Venetiis, Anno ש״נז, id eſt, 1597. Eſt mihi & manuſcriptum exemplar.

אבר מן החי *Ever min-hachaj* Membrum de vivo. Docet, de membro, ab animali vivo abſciſſo, non edendum, cujus præcepti fundamentum ponunt in verbis Geneſ. 9. 4. אַךְ בָּשָׂר בְּנַפְשׁוֹ דָמוֹ לֹא תֹאכֵלוּ / ad quæ verba R. Salomon notat; אסר להם אבר מן החי Prohibet ipſis membrum de vivo, q. d. Quamdiu anima ejus eſt in ſanguine ipſius, non comedetis carnem. Author R. Manoach.

אגודה *Aguddah*, vel, *Sepher aguddah*, Liber collectaneorum. Factus putatur à diſcipulis הרא״ש Haroſch, id eſt, Rabbi Aſcher, de quo infrà. Quidam putant, cum non colle-

collectum ex prælectionibus R. Aſcher, ſed ex ſcriptis præceptorum ejus. Continet autem collectanea varia conſtitutionum Talmudicarum.

אגור *Agur*, vel, *Sepher haagur*. Author ejus R. Jacob לנדא Landau. In uno Catalogo dicitur eſſe ספר דינים ופסקי הלכות Liber rituum & deciſionum Juris: alius ſcribit, eſſe Elementale Grammaticum. Fortè diverſi ſunt ejuſdem nominis.

אגרון *Iggáron*, Liber Grammaticalis, quem compoſuit Raf Saaadia, ut eſt in libro מאזני לשון הקדש.

אגרת אורחות עולם *Iggéres Orchos olam*. Epiſtola de Viis mundi. Impreſſus Ferraræ. Neſcio an ſit idem qui ſimpliciter vocatur *Orchos olam*, de quo infrà.

אגרת בעלי חיים *Iggéres báale chajim*. Liber eſt, in quo colloquuntur homo, feræ, jumenta, aves, reptilia, & vires, virtutes, vitia, proprietates ac natura ſingulorum explicantur. Ex Græco dicitur converſus eſſe in Linguam Arabicam. Ex Arabico tranſtulit eum R. Kalonimus. Impreſſus Mantuæ in 8$\bar{o}$. R. Levi in commentariis ſuis in Proverbia Salomonis, ſæpè citat librum בעלי חיים, quem puto alium eſſe.

אגרת בתי הנהגת הגוף והנפש *Iggéres batte hanhágas bagguph vehannèpheſch*. Libellus agens de regimine corporis & animæ, authore R. Schem

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Schem tof ben Falkira. Metricè conſcriptus. Habeo manuſcriptum.

אגרת הויכוח *Iggéres havvikkuach*, Epiſtola redargutionis vel diſceptationis. Libellus parvus eſt diſputationem continens inter Philoſophiam & Theologiam, oſtendens, illas inter ſe non pugnare, ac proinde non prohibitum eſſe, Philoſophorum libros legere, & illas artes addiſcere. Author ejus R. Schem Tobh bar Joſeph ben Phalkiræ, qui hujus libri meminit in ספר המעלות. Impreſſus Pragæ, Anno 370. Chriſti 1610. in 8°.

אגרת הטיול *Iggéres hattijul.* Epiſtola deambulationis vel oblectationis. Pragæ. Non vidi.

אגרת המוסר *Iggéres hammúſar*, Epiſtola correctionis, quam ſcripſit R. Jehuda Aben Tybbon ad filium ſuum. Extat ejuſdem nominis alius R. Kalonymi, qui ante 300. annos vixit, & multos libros ex Arabico in Hebræum convertit.

אגרת הרמבן להתנצלות ספר המורה *Iggéres haramban*, Epiſtola Apologetica Rabbi Moſis ben Nachman pro libro More Nevochim. Edita nuper Hanoviæ à R. Joſeph del Medico.

אגרת הסודות *Iggéres haſſódos*, Epiſtola Secretorum. Sæpè citatur in Galatino ad probanda myſteria de Meſſia.

אגרת הקדש Iggéres *hakkódeſch*, Epiſtola ſancta

ſancta de copulatione mariti cum uxore, ut liberos ſanctos conſequantur. Author Ramban, Baſileæ apud Frobenium.

אגרת שמואל *Iggéres Schmúel*, Epiſtola Samuelis. Expoſitio ſuper libellum Ruth, Samuelis Uzédæ. Venetiis.

אגרת תימן *Iggéres teman*, Epiſtola R. Moſis Majemonidis ad R. Natanaelem בן אלפיומי & cæteros Judæos in Meridie habitantes, in qua eos ad conſtantiam in fide & fortiter ferendas perſecutiones hortatur. Edita eſt hæc epiſtola nuper Hanoviæ, unà cum aliis aliquot opuſculis, à R. Joſeph del Medico. Scripta eſt à Rambam Arabicè & in Linguam Hebræam translata à quodam R, Nachum, qui eam vocavit פתח תקוה *Oſtium ſpei.*

אגרת תחיית המתים *Iggéres techijas hammeſim*, Epiſtola vivificationis vel reſurrectionis mortuorum, R. Moſis Majemonidis, in qua ſententiam ſuam de hoc fidei articulo explicat magis perſpicuè & ad captum vulgi, quàm alibi. Verſa eſt ex Arabico in Hebræum à R. Jehuda Aben Tybbon. Edita eſt nuper Hanoviæ ab eodem R. Joſeph del Medico, in 4°. Scripſit hanc Epiſtolam annis quinq; poſt librum More, id eſt, anno ætatis quinquageſimo quinto.

אגרת התשובה *Iggéres hatteſchuvah*, Epiſtola de pœnitentia, vel, Epiſtola reſponſoria. Cracoviæ, Non vidi.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

quidam, ſe habere פירוש ארוך על שני האידרות רבא וזוטא Commentarium prolixum ſuper duas Areas, magnam & parvam.

אדרת אליהו *Addéres Elijahu*, Pallium Eliæ. Liber agens de ritibus Karræorum, in quibus à cæteris diſſident, à R. Elia Baſchiaco. Edit. Conſtantinop.

אוהב משפט *Ohef miſchpat*, Diligens judicium. Commentarius eſt in Jobum, qui in Juchaſin fol. 134. 1. adſcribitur R. Simeoni Duran.

אהל יעקב *Ohel Jaakof*, Tentorium Jacobi, פירוש ſive Expoſitio ſuper librum Ikkarim. Author R. Jacob F. Schemuelis Capelman, Briſacenſis, in 4ō.

אהל מועד *Ohel moed*, Tentorium conventus. Liber eſt continens ſynonyma Hebraica ex Bibliis petita, adductis ſingularum vocum exemplis, & loco ubi reperiuntur. Author שלמה מאורבינו Salomon de Urbino. Impreſſus Venetiis Anno ש"ח 308. id eſt, 1548. apud Marcum Antonium Juſtinianum. Adjectus eſt index Alphabeticus omnium vocum. Fertur & *alius* eſſe hujus nominis, expoſitionem continens articulorum fidei Judaicorum. Quendam etiam hujus nominis cabaliſticum R. Bechaj.

אור החיים *Or hachajim*, Lumen vitæ. Ferraræ in 4ō. Quidam ſcribit, eſſe מזהיר על לימוד התלמוד adhortari ad ſtudium Talmudicum,

אגרות להמאור הגדול *Iggros lehammaor haggadol*, Epiſtolæ ad lumen illud magnum R. Moſen Majemonidem, quæ miſſæ ad eum ex Oriente, Occidente, Septentrione & Meridie. Ejuſdem Majemonidis Teſtamentum ad filium R. Abrahamum. Item Quæſtiones & Reſponſiones variæ. Venetiis apud Marcum Antonium Juſtinianum in 8ō.

אדם וחוה *Adam vechavva*, Adam & Eva. Liber ritualis, author R. Jerucham, Venetiis. Anno 317. in folio.

אדם קדמון *Adam Kadmon*, Adam primus. Cabaliſticus.

אדם שכלי *Adam ſichli*, Adam ſive Homo intellectualis. Continet varia præcepta & adhortationes ex ſacris petitas, literaliter, Cabaliſticè & myſticè explicatas, ad vitam ſanctè inſtituendam, ſuper illud Davidis; *Incurvate vos coram Domino in decore ſanctitatis*, Pſalm. 29. v. 2. Item tredecim articulos fidei Judaicæ, in quorum ultimo, de reſuſcitatione mortuorum, fit mentio oſſis לוז, quod credunt eſſe incorruptile, & illud rore cœleſti irrigatum, reſtituet animæ ſuæ totum corpus, illudque vivum ejus beneficio exiſtet. Impreſſus Friburgi Briſgojæ, Anno ש"ך 320. id eſt, 1560.

אידרא רבא וזוטא *Iddera rabba veſota*, Area magna & parva. Duo libri Cabaliſtici celebres, ſed non impreſſi. Scribit etiam qui-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

dicum, ומרחיק הפילוסופיא & dehortari à Philoſophia.

אור השכל *Or haſſechel*, Lux intellectus. Citatur ſæpè in libro נוה שלום. Rabbinus quidam ſcribit, eſſe Cabaliſticum, בלא תועלת רב exiguæ utilitatis.

אור זרוע *Or ſarua.* Vide Abbreviaturam א"ז.

אור ײ *Or Adonaj* Lux DOMINI. Author R. Chaſdai, qui obiit Anno 1396. Ferraræ An. 315. Rabbinus quidam ſcripſit, hortari ad ſtudium Talmudicum. Alius, eſſe ספר מוסר וחכמה אלהית Librum Ethicum & Theologicum. Eſt & alius liber ejuſdem tituli, cujus author ר' עובדיה R. Ovadia ſive Obadias Siphronius, qui liber recens eſt, ab Anno 1550. eſtq; Commentarius in Legem.

אור יקר *Or jakar* vel אור יקרות *Or jekaros*, Lux pretioſa, (*ex Zach.* 14. 6.) Liber Cabaliſticus in folio. Lublini.

אור נערב *Or neeraf*, Lux mixta. Liber Cabaliſticus R. Moſis Corduero. Venetiis.

אור עמים *Or ammim*, Lux populorum. Author R. Obadias Medicus Siphronius. Impreſſus Boloniæ Anno Chriſti 1550. Eſt liber Medicus. Eſt & alius ejuſdem nominis, continens quæſtiones quindecim de Deo & Anima.

אור עיניים *Or enajim*, Lux oculorum. Liber Cabaliſticus, editus Cremonæ in 4°. Alius Hebræus ſcribit, eſſe ספר קניין חכמות

על תרי"ג מצות librum ad comparandas artes per 613. præcepta.

אורים ותומים *Urim vetummim*. Commentarius eſt in Jeſajam; author מוה"רר מאיר ערמאה R. Meir Armaah, nepos, ut puto, R. Iſaaci, authoris libri עקידה *Akeda*, de quo infrà. Impreſſus Venetiis, Anno הש"סג id eſt, 368. Chriſti 1608. Eſt & alius Cabaliſticus hujus nominis, cujus author, R. Menachem filius R. Aſarielis, qui ſcripſit ספר המלואים.

אות אמת *Os emes*, Signum veritatis. Liber criticus, continens expoſitionem dictionum peregrinarum, & varias lectiones in Rabbos, authore Mahir Bombanaſſe. Impreſſus Theſſalonicæ, Cracoviæ & Venetiis. Citatur in מתנות כהונה ſive Commentario in Bereſchit rabba ſect. 31. & alibi.

אות נפש *Os nepheſch*, Signum animæ. Elucidatio eſt in quædam Aben Eſræ Commentaria.

אותיות הסתר והמשך Liber Grammaticus de literis quieſcentibus & mobilibus, cujus author R. Jehudah Chijug, qui è nonnullis ſtatuitur primus Hebræorum Grammaticorum. Citatur ſæpè ſic in libro מעשה אפוד, ut cap. 10. & alibi. Fertur & alios ſcripſiſſe.

אותיות ר' עקיבה *Oſios*, id eſt, literæ R. Akivæ. Liber eſt Cabaliſticus. Cracoviæ. Exſtat ſuper hunc etiam פי' ארוך Commentarius prolixus.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

פירוש יצחק כהן בן הרב הכולל איוב *Jobus*, cum מה"רר׳ שלמה הכהן Commentario Iſaaci ſacerdotis, filii R. Salomonis ſacerdotis. Conſtantinop. apud Elieſarum Sonzinum, An. 305. Chriſti 1545. in 4°. Hunc accepi nuper ex Italia.

אילת אהבים *Aijétes ahavim*, Cerva amorum. Commentarius R. Schimeonis אלקבץ Alcabitii ſuper Canticum Canticorum. Venetiis.

אילה שלוחה *Aijala Scheluchah*, Cerva emiſſa, (*Titulus ex* Geneſ. 49. 21.) Fertur eſſe Commentarius in 613. præcepta Moſaica. Chriſtianus Gerſon, in Judaiſmo ad Chriſtianiſmum converſus Anno Chriſti 1600. aliquot ex eo adducit teſtimonia ad evertendam fidem Judaicam.

איומה כנדגלות *Ajumma Kenidgálos*, Terrifica ut vexillo inſignitæ. Titulus ex Cantic. 6. 3. Citatur in libro Caphtor, quem infrà adducemus. Conſtantinop.

ספר אלדד הדני Liber Eldad Danitæ, in quo varia hiſtorica de decem tribubus, & de fluvio Sabbatjon. Conſtantinop.

אליה מזרחי *Elijáh miſráchi*, Elias Orientalis. Commentarius in Legem & R. Salomonem. Impreſſus Cracoviæ An. 355. & Venetiis, in fol.

אלפסי *Alpheſi*. Liber eſt in tres partes diſtinctus, Talmud compendioſe tractans. Primus

Primus liber complectitur ea, quæ Parte primâ & ſecundâ Talmudicâ traduntur. Præterea alii adjiciuntur tractatus breves: הִלְכוֹת טוּמְאָה De variis pollutionum generibus: הִלְכוֹת סֵפֶר תּוֹרָה De libro Legis: הִלְכוֹת מְזוּזָה De ſcheda, quæ poſtibus januarum includitur, quæ doctrina fundata eſt in illo Moſis: *Erunt verba iſta, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo*, &c. *etiam inſcribes ea poſtibus domus tuæ, & portis tuis*, &c. Deuter. 6. 6. הִלְכוֹת תְּפִלִּין De ligamentis precum, quæ manui ſiniſtræ & fronti alligantur tempore precum, juxta illud Moſis: *Etiam alligabis ea in ſignum manui tuæ, & erunt pro frontalibus inter oculos tuos*, Deut. 6. 8. הִלְכוֹת צִיצִית De fimbriis ſive peniculamentis, quæ induuntur tempore precum, & aliâs etiam à ſanctioribus geſtantur, juxta illud Moſis: *Alloquere filios Iſraelis & edicas eis, ut faciant ſibi peniculamentum in oris veſtimentorum ſuorum per generationes ſuas, & adhibeant peniculamento ipſius oræ filum hyacinthinum, &c.* Numer. 15. 38. De his vide Synagogam noſtram cap. 4. II. Liber tractat, quæ parte Talmudicâ tertiâ continentur, adjecto libro Cholin ex Parte Talm. quinta. III. Liber continet partem Talmud. quartam, & quoſdam libros ex parte quinta. Pars (excepto libro Nidda) planè omiſſa eſt, quia ejus, apud Judæos extra terram ſanctam exulantes, non ita accura-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

do, de anima, de reſurrectione. Item de Deo, ejus unitate & promulgatione legis. Vidi in Illuſtri quadam olim Bibliotheca. *Alius* liber hujus nominis Cabaliſticus eſt, conſcriptus à Rabbi Bechaj.

אמונה רמה *Emuna ramah* Fides alta. Author R. Abraham filius Dior, qui ſcripſit etiam librum Cabalæ, Juchaſin fol. 131. 2.

אמרי בינה *Imre binah*, Verba intelligentiæ. Titulus ex Prov. 1. v. 2. Liber novus & recens eſt complectens explicationem vocum exoticarum & difficiliorum in Zohar, & eſt ejus quoddam Lexicon, impreſſus Pragæ, Anno שע"א 371. id eſt, Chriſti 1611. Alter liber ipſi adjunctus, eſt ejus quaſi altera pars, cui titulus מקור הכמה *Mekor chochma* Fons ſapientiæ, in quo breviter & perſpicuè explicat פשטי הזוהר ſenſum rerum quæ in Zohar tractantur. Author ejus ר' יששכר בער R. Iſaſchar Bähr / id eſt, Urſinus, filius Rabbi Moſche Petachja. In præfatione ſcribit, ſe conſcripſiſſe etiam ספר פתחי יה Librum *Piſche Jah*, in memoriam nominis patris ſui פתחיה Petachja, qui ſit quaſi Commentarius illuſtris in librum Cabaliſticum פרדס רמונים *Pardes rimmonim*. Alterum etiam, cui titulus יש שכר *Jeſch ſachar*, in memoriam nominis ſui Iſaſchar, qui agit de ſententiis judicialibus libri Zohar. Porrò in citatione foliorum in duobus prioribus libris, author ſcri-

curatus uſus requiritur. Adjecta ſunt in fine viginti capita de Juramentis præſtandis, & officio judicis circa juramenta exigenda, quorum author R. Iſaac ben Ruben. Liber ultimò excuſus Baſileæ in 8°. Anno 1602. ſine Commentario, ac proſtat Francofurti apud Judæos. Antea verò, Anno Chriſti 1597. excuſus Cracoviæ in folio, cum Commentariis R. Salomonis Jarchi, R. Jona, & R. Niſſim. Fuit σύγχρονος R. Salomonis Jarchi, ac mortuus Anno Chriſti 1103. R. Salomon biennio poſt. Ob ſummam autem iſtius Alpheſi celebritatem R. Salomon, poſt acceptum librum, ſtatim in eum commentatus eſt.

אם הילד *Em hajeled* Mater pueri. Liber parvus grammaticalis.

אמנה *Amanah*, vel *Sepher amanah*, Liber fidei. Liber Hebræus eſt in 4°, continens defenſionem & aſſertionem fidei Chriſtianorum contra Judæos, cum refutatione argumentorum contrariorum, conſcriptus à JudæoChriſtiano, & Latinè converſus per Paulum Fagium. Impreſſus Iſnæ, Anno Chriſti 1542. Habeo etiam exemplar manu Judaicâ exaratum.

אמונה *Emuna*, vel, *Sepher emunah*, vel, ספר אמונות Liber fidei. Author Rabbi Schem Tof. Eſt & alius hujus nominis, cujus author R. Saadia Gaon, editus Conſtantinop. in 4°. Citatur à R. Davide Jeſa. 18. 2. Continet pleraque Phyſica de Deo, de mundo,

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

אוצר הכבוד *Otzar hakkavod*, Theſaurus gloriæ. Liber Talmudicus, manuſcriptus. Quidam ſcribit, eſſe פירוש אגדות על דרך הקבלה.

אוצר החיים *Otzar hachajim*, Theſaurus vitæ. Cabaliſticus, cujus Author Rabbi Moſes bar Nachman.

אקלידוס *Euclides*, ex Arabico in Hebræum ſermonem tranſlatus, per Moſche Aben Tybbon, qui ſcribit in præfatione, ſe abſolviſſe eum Anno Chriſti 1270. Author libri *Tzemach* notat, ſe vidiſſe & legiſſe eum in Saxonia.

ארבע טורים *Arba turim*, Quatuor ordines. Liber eſt ritualis & juridicus, in folio, excuſus Venetiis apud Bombergum, Anno 282. id eſt, 1522. item Cracoviæ & Cremonæ. Eſt autem magnæ authoritatis, cujus concordantiæ per totum Talmud margini ejus appoſitæ ſunt, diſtributus in quatuor partes. Prima vocatur אורח חיים *Orach chajim*, Via vitæ: altera יורה דעה *Jore deah*, Docens ſcientiam: tertia, חשן המשפט *Choſen hammiſchpat* Pectorale judicii: quarta, אבן העזר *Even haeſer*, Lapis auxilii. Ex hoc poſtea magna compendia facta ſunt, quale eſt שלחן ערוך *Schylchan aruch* liber in folio, de quo ſuo loco. Author ejus R. Jacob filius R. Aſcher. Scripſit librum Anno Chriſti 1340. ut ex ipſo libro apparet, in juribus ראש חודש *Roſch chodeſch*, id eſt, novilunii, num. 427. Scripſit

ſcribit, ſe ſecutum editionem Zohar Cremonenſem, quòd ea plurib. exemplaribus proſtet, quàm editio Veneta. Citatur & alius liber hujus nominis in libro Coſri folio 187. in Comment. col. 4. Denique etiam vocat ſic R. Aſarias tertiam partem libri ſui מאור עיניים.

אמרי נועם *Imre noám*, Verba jucunda. Conciones, vel Commentarius in Legem, Rabbi Obadiæ Saforno. Conſtantinop. Anno 300. in 4°. & Cracoviæ.

אמרי שפר *Imre ſchepher* Verba pulchritudinis. Commentarius in Legem, editus Lublini. Author ר׳ אבשלום מזרחי R. Abſalom orientalis. Citatur à R. Abrahamo Balmeſio in litera F. 2.

איסור והיתר *Iſſur vehetter*, Vetitum & licitum. Liber eſt agens de vetitis & licitis, maximè in ciborum differentiis. Author ejus ר׳ יצחק מדורא R. Iſaac Durenſis, qui floruit Anno 1334. unde liber communiùs vocatur שערי דורא *Schaare Dura*, Portæ Dura. Commentario eum illuſtravit R. Salomon Luria, qui floruit ante 400. annos. Liber eſt in 4°. Plures autem authores hujus generis & tituli libros ſcripſerunt.

אפריון שלמה *Appirjon Schelomoh*, Thalamus Salomonis. Liber parvus, continens res profundas de myſteriis Cabalæ.

אפורי Vide מעשה אפוד.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

præſtanti Rabbino, cum docta Epiſtola dedicatoria, more Chriſtianis uſitato, quod alioqui Judæis inſolens.

אשרי *Aſchre*, vel, *Aſcheri*. Sic vocantur Compendia Talmudica, quæ ſingulis libris formâ theſium aut concluſionum univerſalium ſubjecta ſunt, quæ compoſuit R. Aſcher, vulgò *Haroſch* dictus, unde אשרי quaſi Aſcherea compendia, vel Aſchereæ concluſiones. Mortuus eſt R. Aſcher, Anno Chriſti 1328. Toleti.

ב

בא גד *Ba gad*, Venit turma (ex Geneſ. 30. 11.) Explicat utilitatem circumciſionis. Author R. Moſche Ilpeles. Venetiis in 4°.

באר הגולה *Beer hag golah*, Puteus vel fons captivitatis. Eſt explicatio dictorum Talmudicorum, quæ primâ fronte abſurda vel paradoxa videntur.

באר מים חיים *Beer májim chajim*, Fons aquarum vivarum. Liber Cabaliſticus. Author ר׳ חיים דבוצל R. Chajim Ceparius, vel à loco ſic dictus, Conſtantinop. Alius Cabaliſticus attribuitur Rabbenu Meir, de Rotenburg. Plures ſunt autem hujus nominis libri.

באר משה *Beer Moſche*, Puteus Moſis. Liber eſt explicans Germanicè voces difficilio-

 res,

idem Author פירוש התורה Commentarium in Legem, qui excuſus Venet. Anno 304. id eſt, 1544.

ארזי לבנון *Arſe levanon*, Cedri Libani. Venet.

אורח חיים *Orach chajim*, Semita vitæ: Author R. Raphael מנורצי. Venetiis.

אורחות חיים *Orchos chajim*, Viæ vitæ. Liber parvus, ethicus & moralis, ad vitam ſecundum virtutem inſtituendam. Conſtantinop. Author R. Elieſer.

ארחת חיים הארוך *Orchas chajim hearuch*, Via vitæ major. Author ר׳ אהרן הכהן R. Aharon Haccohen. Prodiit circa annum Chriſti 1334.

ארחת עולם *Orchas olam*, Via mundi. Citatur in libro *Tzemach*. Eſt commentarius in Jobum. Author R. Abraham Peritzol, Juchaſin fol. 155.

אורחות צדיקים *Orchos zaddikim*, Viæ juſtorum. Pragæ.

אשת חיל *Eſches chajil*, Mulier ſtrenua. Liber parvus eſt in 8° eleganter deſcribens ex ſacris literis virtutes uxoris ſtrenuæ, & ejus officium erga maritum, ac quomodo pax conjugii conſervanda, & res familiaris augenda. Author אברהם יגל Abraham Jegel. Impreſſus Venetiis per דניאל זאניטי Danielem Sanetum, Anno השעי 371. id eſt, Chriſti 1611. Dedicatus eſt hic libellus alii cuidam

præ-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

res, quæ in Moſe habentur, Pragæ Anno 364. id eſt, 1604. Alius eſt לקח טוב *Lekach tof*, qui eſt quaſi Lexicon Germanicum reliquorum omnium librorum Biblicorum.

ביאור *Biur*, Declaratio, Elucidatio. Propriè Supercommentatio eſt, Commentarius in alium Commentarium. Tales in Raſchi plures ſunt. Ut *Biur* R. Abraham Pragenſis ſuper Peruſch Raſchi: *Biur* ר׳ אליה מורחי R. Eliæ Orientalis, in quem Eliam nuper alius quidam ſupercommentatus eſt, de quo dicemus infrà in יריעות שלמה. Sic etiam extant ביאורי בחיי Elucidationes Bechai, rerum difficilium, Cabaliſticarum præſertim, quæ in Bechai occurrunt. Sic in alios.

ברק הבית *Bedek habbajis* Fiſſura domus. Liber pertinens ad complementum Rabbi Joſeph Karro, & ab eodem conſcriptus. Venetiis Anno 366. in 4°.

בדרשי׳ *Badreſchi*. Vide בחינת עולם.

בהיר *Bahir*, vel *Sepher habbahir*, Liber illuſtris, Lucidarius cabaliſticus. Liber eſt omnium Rabbinicorum antiquiſſimus, de profunda Kabala & myſteriis nominum divinorum conſcriptus. Hactenus nondum editus eſt, ut Judæi referunt, ob arcanam ſapientiam, multa tamen ex eo in Rabbinorum ſcriptis paſſim adducuntur. Author ejus רבי נחוניא בן הקנה R. Nehonja ben hakkana, qui σύγχρονος fuit Jonathani paraphraſtæ,

ſtæ, annis triginta aut quadraginta ante Chriſtum, quo tempore multi docti erant, quorum celebris & frequens in Talmud fit mentio, & commemorantur in Juchaſin folio 19. & 20. Hic eſt ille R. Nechonja, cujus dictum celebratur in *Pirke avos*, Capitulis Patrum, cap. 2. his verbis: כל המקבל עליו עול תורה מעבירין ממנו עול מלכות ועול דרך ארץ וכל הפורק ממנו עול תורה גוזרין עליו עול מלכות ועול דרך ארץ / id eſt, *Quicunque recipit in ſe jugum Legis, ab eo tollitur jugum regni, & jugum viæ terræ: quicunque autem abjicit a ſe jugum Legis, ſuper eo decernitur, ut ferat jugum regni & jugum viæ terræ.* Senſus: Quicunque verbi divini ſtudio intentus eſt, is muneribus & oneribus politicis non implicatur, neque ad ſtatum plebejum deprimitur, in quo multa cura victus. Contrà, qui contemnit ſtudium Legis divinæ, utrumque jugum ferre cogitur. Hic quoque eſt ille Nechonja, de quo in Miſchna Talmudica refertur, quòd in ingreſſu & exitu è Schola ſolitus ſit orare, contra communem conſuetudinem. Rogatus quare id faceret, reſpondit: ingrediens oro Deum, ne ullibi in doctrina impingam: exiens, gratias eidem ago pro parte mihi conceſſa: *Berachos cap.* 4. Ex libro Bahir teſtimonium Grammatici adducunt pro antiquitate punctorum vocalium adſtruenda, quod & ego in Theſauro meo Grammatico ex Cephalerio

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

lerio deſcripſi. R. Gedalia in libro Schalſchelet citat etiam librum parentis ejus, inquiens: *Vidi in libro Hakanæ, Patris R. Nechoniæ, quod &c.* fol. 47. 1.

בחיי *Bechai.* Celebris Authoris nomen, qui ſcripſit luculentiſſimum commentarium in quinque libros Moſis, qui hoc nomine vulgò vocatur. Floruit Anno Chriſti 1291. Scripſit & alium librum, de quo in litera Caph. Fuit & alius Bechai, qui vocatur בחיי הזקן Bechai ſenex. Is Author celebris libri de quo in litera ח. Commentarius in Legem impreſſus eſt in folio, Venetiis apud Bombergum, An. רפ"ו id eſt, 286. Chriſti 1526. & 1546. typo eleganti & chartâ mundâ, cum locis Scripturæ in margine annotatis. Cabaliſtica ſæpè immiſcet, unde non ab omnibus intelligitur. Celebris alioqui ſcriptor. Vidi & in quarto excuſum Rivæ, typo minutiore. Acerbior non rarò eſt in Chriſtianos, unde poſtea per cenſuram Venetorum talia in ipſo deleta. Id in Paraſcha ויצא *Vajetze*, in Paraſcha האזינו *Haaſinu*, in Paraſcha כי תצא *Ki teze*, & alibi, ſæpius videre eſt, quæ in exemplari Rivenſi fuerunt expreſſa.

בחינת הדת *Bechinas haddas*, Probatio, Examen Legis. De vero modo diſcendi & docendi Legem. Author R. Joſeph del Medico, Rabbinus Philoſophus & Medicus

dicus inſignis, Francofurti nunc agens, in 4°.

בחינת עולם *Bechinas olam*, Probatio, Examen mundi. Liber inſignis, tam quoad res, quàm quoad verba. Agit de vanitate mundi contemnenda, & quærendo regno Dei. Id verbis tam eloquenter, politè, & doctè effert, ut eloquentiſſimus habeatur, quisquis ſtylum ejus imitatur. De eo monitus aliquando Munſterus ab Andrea Maſio, eum præ omnibus aliis legere exoptavit, ſi copia ipſi fieri poſſet, ut ipſemet ſcribit in præfatione in Sphæram Hebraicam. Eſt Cracoviæ excuſus in 8° cum breviſſimis Scholiis, Anno אש"ים 351. id eſt, 1591. Poſtea Pragæ cum pleniori Commentario, Anno יש"מח 358, id eſt, Chriſti 1598. Eſt & Romæ & alibi in Italia excuſus. Author R. ידעיה *Jedaja happenimi*, filius Abrahami Badreſchi. Vixit Barſellonæ in Hiſpania, Anno Chriſti 1298. In *Tzemach David* fol. 58. vocatur R. Jacob, ſed in libri fronte R. Jedaja. Nactus ſum nuper antiquum ejus exemplar in membrana ſcriptum.

בחור *Bachur*, vel, *Sepher habbachur*, Liber electus. Liber Grammaticus ſatis notus: Author Elias Levita Germanus Anno Chriſti 1517. quem poſtea Munſterus Latinè reddit, & excudit Baſileæ Frobenius.

בטחון *Bittachon*, vel, *Sepher habbittáchon.*

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Liber ſpei. Cabaliſticus. Author Rabbi Moſche bar Nachman.

בית אלהים *Bes Elohim*, Domus Dei. Author R. Moſche דטרנה de Trana. Conſtantinopoli, ubi ſuperſtes adhuc fuit hujus Authoris filius Joſephus, Anno 1635. in magna authoritate apud Judæos, ut ſcribit quidam. Scribit idem, alium eſſe librum hujus nominis, qui continet Expoſitionem Sphæræ de Sacroboſco, Authore R. Moſe Almoſnino. Eſt & alius hujus nominis Commentarius in Bereſchit Rabba. Primus, ni fallor, impreſſus quoque eſt Venetiis.

בית דוד *Bes David*, Domus Davidis. Liber Philoſophicus Rabbi Meſſer David, filii Meſſer Leonis.

בית דין יפה *Bes din japhe*, Domus Judicii pulchra. Liber ritualis R. Samuelis Japhe, qui ſcripſit etiam יפה תאר / & יפה עינים & יפה מראה.

בית יי׳ *Bes Adonai*, Domus Domini. R. Moſis Lota.

בית יוסף *Bes Joſeph*, Domus Joſeph. Liber magnus eſt, complectens ritus, conſuetudines, jura & judicia communis politiæ Judaicæ. Author R. Joſeph Karro Hiſpanus, Anno Chriſti 1575. Conſtat 4. voluminibus.

בית יעקב *Bes Jaacob*, Domus Jacobi. Vide עין יעקב. Vidi citari quendam hujus nominis Com-

Commentarium in Coſri Rabbi Jacob bar Chajim.

בית לחם יהודה *Bes lechem Jehudah*, Bethlehem Judææ. Expoſitio *Pirke avos*, R. Judæ לירמא Lermæ, edit. Venetiis, in 4°. Judæus quidam venalem obtulit pro aureo Ungarico. Eodem nomine extat Index in librum עין יעקב R. Judæ Lemodena, etiam Venetiis excuſus.

בית מדות *Bes middos*, Domus morum, Liber Ethicus, qui citatur in libello ראשית חכמה fol. 103. 1.

בית מועד *Bes moed*, Domus conventus. Conciones feſtales & aliæ, R. Menachem Rabbæ, editus in Italia.

בן המלך והנזיר *Ben hammelech vehannaſir*, Filius Regis & Naſiræus. Liber ex Græco tranſlatus in Arabicum, & ex Arabico in Hebræum verſu & proſâ, à R. Abraham hallevi ben Chaſdai. Liber Moralis, editus Ferraræ.

בן סירא *Ben ſira*. Liber eſt antiquus, complectens ſententias morales utiles, à Paulo Fagio Latinè redditus, & editus Iſnæ, Anno 1542. in 4°. De novo eum recenſuit & illuſtravit Johannes Druſius, adjectis ipſi elegantium Adagiorum Hebraicorum aliquot Decuriis, excuſus Franekeræ, Anno 1597. Ego habeo exemplar antiquiſſimum Conſtantinopoli impreſſum, idem illud quo

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Munſterus uſus, & ex quo Hebraica iſta de Presbytero Johanne excerpſit, quæ fini Coſmographiæ ſuæ addit. In eo multa fabuloſa de ſapientia Ben ſiræ poſt ſententias morales iſtas aſperſa ſunt. Inſunt & alii Tractatus plures, veluti Hiſtoria de R. Jehoſua, qui invito Angelo mortis vivus illapſus eſt in Paradiſum, cujus deinde formam, & manſiones omnes deſcripſit: item Medraſch libri Eſther: מעשה תורה Res memorabiles Legis: Capita ſive exemplar literarum, quas פרישטי יואן Preſte Johan miſit ad Papam Romanum de qualitate ſuæ terræ, ex qua Munſterus iſta deſumpſit: ספר אלדד הדני Liber Eldad Danitæ: מעשה אברהם Hiſtoriæ admirabiles de Abrahamo: מעשיות שבתלמוד Hiſtoriæ quædam inſignes Talmudicæ: ספר זרובבל Liber Zerobabelis: מדרש וישע Medraſch Vajoſcha, Homilia in hiſtoriam liberationis ex Ægypto: ספר טוביה Liber Tobiæ, quem Munſterus ſuæ Grammaticæ adjecit: ספר ארחות חיים Liber Viarum vitæ, qui præcepta ethica continet ad pietatem informantia.

בן פורת יוסף *Ben poras Joſeph*, Ramus fœcundus Joſephi (ex Gen. 49. 22.) Diſputatio Johannis Micæ, qui à Chriſtiana Religione defecit, & in Apoſtaſia Joſeph נשיא *Naſi* dictus eſt. Fuit tempore Selimi ſecundi. Edit. Conſtantinop.

בעל העיטור *Baal haittur.* Liber Talmudicus de Vetitis & licitis.

בעלי הכפל *Baale hakkephel*, Duplicantia. De verbis duplicantibus. Grammaticalis Rabbi Judæ Chajud, (puto Chijug) Eſt alter ejuſdem nominis argumenti liber R. Jona Gerundi.

בעלי נפש *Baale nepheſch*, Viri animati. Liber eſt continens varias juris ſententias & deciſiones. Author R. Abraham ben David, qui abbreviatè vocatur הראב״ד, & vixit Anno Chriſti 1198.

בקשות וזמירות *Baccaſchos uſemiros*, Quæſtiones & Cantiones. Rabbi Berachiæ fabulæ. Venet. Sic inveni in Catalogo librorum Hebr. Bibliothecæ Oxonienſis ad me miſſo. Ita autem vocatur Author libri משלי שועלים unde neſcio an fortè idem ſit liber.

בראשית רבא *Bereſchis rabba*, בראשית vox prima eſt libri primi Moſis, qui ab ea Hebræis ſic denominatur. Eſt itaque ac ſi dicas, Liber Geneſis magnus, id eſt, magnâ Gloſsâ illuſtratus. Liber hujus nominis duplex eſt: Primi & antiquioris Author ר׳ אושעיא R. Uſchaja, Diſcipulus R. Jehudæ Sancti, qui librum Miſchnajos ſive Traditionum Talmudicarum collegit. Poſtea hic Uſchaja Diſcipulus ejus, cœpit librum iſtum publicè in Scholis legere, interpretari, diſputationibus examinare, & tandem Commen-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

mentario illuſtrare. Hunc Commentarium vocavit בראשית רבא *Bereſchis rabba*, continetque nihil aliud quàm Declarationem libri Miſchnajos. Vixit circa Annum Chriſti 210. & ulteriùs. Alter *Bereſchis rabba* dictus, commentarius eſt in primum librum Moſis, non literalis aut textualis, ſed allegoricus, hiſtoricus, & varius admodum, linguâ Hieroſolymitanâ conſcriptus, & Græcis vocabulis maximè abundans. Eadem commentandi ratio per alios quatuor libros Moſis obſervata eſt, quorum quisque à רבא *Rabba* nomen habet, שמות רבא *Schemos rabba*, Gloſſa Exodi magna, במדבר רבא *Bemidbar rabba* Gloſſa numerorum magna, &c. Tales Commentarii ſunt quoque ſuper V. Megillos: hinc, שיר השירים רבתי Gloſſa Cantici Canticorum magna, איכה רבתי *Echa rabbeſi*, Gloſſa Threnorum magna, &c. Communi nomine omnes dicuntur formâ plurali רבות *Rabbos*. Author eſt רבא בר נחמני Rabba bar Nachmoni, qui floruit circa Annum Chriſti 300. Excuſus aliquoties in Italia, ut Venetiis, & Conſtantinopoli, Anno 272. id eſt, 1512. Ultimò excuſus Cracoviæ, Anno 368. id eſt, Chriſti 1608. cum celebri Commentario qui appellatur מתנות כהונה *Mattanos kehunnah*, tam ſuper Pentateuchum, quàm ſuper quinque libellos.

ברכת אברהם *Birchas Abraham*, Benedictio Abra-

Abrahami. Liber ritualis R. Abraham Tzorphati, id eſt, Galli, Venet.

ברכות המזון *Birchos hammáſon*, Precationes cibi, quibus ſcil. ante & poſt cibum utuntur, aliis atque aliis pro ratione temporis, feſtorum aut prandii. Hebraicè & Germanicè extant apud Judæos Francofurti.

ספר הבריות *Septer habberis.* Cabaliſticus Rabbi Abraham filii R. Iſaac, מרמון Hiſpani.

ברית אברהם *Beris Abraham*, Fœdus Abrahami. Libellus exiguus, docens quatuor ſpecies Arithmetices, editus nuper Cracoviæ in 8°.

ברית מנוחה *Beris menúchah*, Fœdus quietis vel pacis. Liber Cabaliſticus.

בשם קדמון *Beſchem kadmon.* Libellus grammaticalis perbrevis, ex quo pueros erudiunt. Venet. ונ״שא 357. Chriſti 1597.

בתי שלום *Batte ſchalom.* Calendarium R. Schalom Jeruſchalmi, ejus qui ſcripſit librum נוה שלום.

ג

גבורת השם *Gevuras haſchem*, Potentia Domini. Author ר׳ ליווא R. Leo.

ספר הגדרים *Sepher haggedarim*, Liber definitionum Philoſophicarum, quas collegit R. Menachem de Perpiniano.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

R. Joſeph ben Gecatilja. Excuſus nuper Hanoviæ, Anno 1614. in folio.

גורן נכון *Goren nachon*, Horreum præparatum, (ex 2 Sam. 6. 6.) R. Salomonis F. Judæ Gabrielis. Quidam ſcribit, eſſe librum moralem.

ד

דבק טוב *Devek tof*, Glutinum bonum (*ex Jeſ.* 41. 7.) Explicatio ſuper R. Salomonem in Legem. Venetiis.

דברים טובים *Devarim tovim*, Verba bona. Commentarius eſt in Eccleſiaſtem, & Canticum Canticorum. Author ר׳ משה אלשיך R. Moſche Alſchich. Excuſus Venetiis apud Johannem de Gara.

דברים נחמים *Devarim nichymmim.* Verba conſolatoria (*ex Zach.* 1. 13.) Commentarius in Threnos ejusdem Authoris. Alii eum citant ſub titulo קול בוכים *Vox flentium*. Ibid.

דברי הימים *Divre hajamim*, Verba dierum, Annales. Author R. Gedalja, in quo ſuæ familiæ genealogiam & hiſtoriam perſequitur. Sed plures ſunt hujus tituli libri, & ita ferè inſcribere ſolent illi ſuos libros, qui hiſtorias ſui temporis conſcripſerunt. Vidi talem quoque excuſum Venetiis, cujus Author mihi excidit.

דברי

גור אריה *Gur arjeh*, Catulus leonis. Eſt *Biur* ſive declaratio ſuper Raſchi. Author idem R. Leo, qui per viginti annos fuit caput Synagogæ in Moravia, poſtea etiam Pragæ, demum Anno 1592. Poſnaviam diſceſſit. Impreſſus Pragæ.

גל של אגוזים *Gal ſchel egoſim*, Cumulus nucum. Expoſitio Pentateuchi R. Menachem Hægoſi. Conſtantinop.

גלי רזיא *Galeraſaja*, Revelans arcana. Galatino ſæpiſſimè hic liber laudatus & citatus. Recens quidam ſcriptor Hebræus attribuit R. Abrahamo ex Diſcipulis האר״י / & dicit, eſſe in eo דברים נוראים res tremendas & ſtupendas, atque inter alia ſcribi in eo; שהתחרשות העולם יש מאין אינו אלא מיובל הגדול ליובל הגדול שהם מ״ט אלף שנים אבל משמטה לשמטה אינו אלא יש מיש.

גליקו על קהלת Commentarius elegans ſuper Eccleſiaſtem literalis & allegoricus, Eliſah Gallici. Invenio etiam in modum Catalogo ejusdem Authoris פירוש מגלת אסתר Expoſitionem libelli Eſther, excuſum Venetiis, apud Johannem de Gara, in 4°.

גולת יהודה *Golas Jehuda*, Migratio Jehudæ R. Leonis de Modena. Venetiis in 4°.

גנת אגוז *Ginnas egos*, Hortus nucis (*titulus ex Cantic.* 6. 6.) Liber Cabaliſticus, laudatus Reuchlino in primo libro Cabalæ. Author R. Jo-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Grammatica linguæ ſanctæ R. Moſis Kimchi, Auguſtæ Anno 1520.

דקדוקים *Dikdukim.* Opuſculum quatuor Grammaticorum, impreſſum Venetiis apud Danielem Bombergum in 8°. Anno 306. id eſt, 1546. Unus שבילי הדעת R. Moſis Kimchi: alter, פתח דברי cujusdam Hiſpani: tertius, ספר צחות Aben Eſræ: quartus, מאזני לשון הקודש Ab. Eſræ. Vide ſingulos ſuis locis.

דקדוקי רשי *Dikduke Raſchi.* Expoſitio locorum, quæ Grammaticè expoſuit R. Salomon Jarchi in ſuis Commentariis.

דרך אמונה *Derech emunah*, Via fidei. Author R. Abraham 1499. Citatur ſæpe in libro Caphtor. Eſt etiam quidam hujus tituli editus Paduæ in 4°. Plures ſunt, & diverſorum Authorum, hujus nominis.

דרך אמונה גדול *Derech emunah gadol*, Via fidei magna. Commentarius eſt in Pirke avos. Author R. Leo, de quo paulò ante. Venet. *Quidam* etiam hujus nominis editus Lublini in 4°. *Alius* hujus nominis, continens Conciones R. Samuel Cohen, edit. Conſtant. in 4°.

דרכי נועם *Darke noam*, Viæ jucundæ (*ex Proverb.* 3. *v.* 17.) Libellus Grammaticalis R. Moſche ben Chabhibh.

דרשות רבינו ניסים *Draſchos Rabbenu Niſſim.* Liber Homiliarum eſt. Fuit hic Niſſim diſcipulus R. Moſis ben Nachman, obiitque

דברי מלכי ישראל בבית שני Verba, id eſt, Hiſtoria Regum Iſraelis ſub Templo ſecundo. Venetiis, cum aliis aliquot opuſculis hiſtoricis, apud Marcum Antonium Juſtinianum, in 4°. Anno 305. id eſt, 1545.

דברי נועם *Divre noam*, Verba jucunda. Conciones in Legem.

דברי ריבות *Divre rivos*, Verba controverſiarum (*ex Deut.* 17. 8.) Controverſiæ variæ. Author ר' יצחק בן שמואל אדרבי. Venet.

דברי שלום *Divre ſchalom*, Verba pacis. Liber in cujus prima parte 30. tractantur quæſtiones, & in ſecunda, Commentarius in Legem, ejusdem Authoris. Venetiis tertiâ vice impreſſus An. 357. id eſt, 1597. in fol.

דעת עליון *Daas eljon*, Scientia excelſi (*ex Num.* 14. 16.) Liber Philoſophicus Rabbi Joſeph ben Schem tof.

דופי הזמן *Dophi haſſeman*, Probrum temporis. Liber parvus eſt in 8°, eloquentiam & puritatem linguæ elegantiſſimè oſtendens, multiplicibus dicendi modis abundans, & flumen quoddam inſigne in oratione profundens. Adjunctæ etiam ſunt Epiſtolæ quædam ſimili ſtylo conſcriptæ. Author יצחק עובדיה Iſaac Ovadja. Impreſſus Venetiis per Johannem de Gara, Anno ישמח 358. Chriſti 1598.

דקדוק לשון הקודש *Dikduk leſchon hakkódeſch*, Gram-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Anno Chriſti 1268. Alius autem fuit R. Niſſim, qui commentatus eſt in R. Alphes, de quo ſuprà. Hujus modi ספרי דרשות Libri Concionum plurimi ſunt. Sic R. Schem Tof ſcripſit דרשות על התורה Conciones ſuper Legem, edit. Paduæ. R. Gedaljah compoſuit *Sepher hadraſchos* Librum Concionum centum octoginta, quas in Italia diverſis in locis habuit. Vide etiam דרשות על התורה R. Jehoſuæ Aben Schuif, impreſſus Cracoviæ, Anno 333. id eſt, 1573.

דרש משה *Draſch Moſche.* Liber Homiliarum ſuper quasdam Aggadas, ſive hiſtorias quæ paradoxæ videntur in Talmud. Author R. Moſche Albelda. Venet. & Cracov.

דרש הרמ"בן במעלת התורה לפני מלך קשטיליא Concio R. Moſis Nachmanidis de præſtantia Legis, habita coram Rege Caſtiliæ. Pragæ in 4°.

ה

הגדת פסח *Haggádas Peſach*, Hiſtoria Paſchatis, vel, Lectio feſti Paſchatis. Eſt liber Hebræo-Germanicus, agens de adornatione feſti Paſchatis, de cibis in eo coquendis, de benedictionibus & orationibus, aliisque, quæ ad celebrationem feſti illius ſpectant. Venetiis, Anno 369. Chriſti 1609.

הגהות

הגהות מיימוני *Haggehos Majemoni*, Correctiones ſive Meditationes in Majemonem. Author ר׳ מאיר מרוטנבורג R. Meir Rotenburgenſis, Anno 1286.

הגיון *Higgajon*, Logica R. Schimeonis, Latinè verſa, & punctis vocalibus illuſtrata à Munſtero, & excuſa Baſileæ per Frobenium, Anno 1527. Alia Logica eſt R. Levi ben Gerſon, edita Venetiis. Habeo etiam כל מלאכת הגיון לארסטוטלוס מקצורי אבן רשד Compendium Logicæ, ſive Organi Logici Ariſtotelici Aben Reſched, impreſſum Rivæ de Triento, apud Chriſtoph. Madrutium, Anno 320. id eſt, 1560. in 8°.

הדרת זקנים *Hadras ſekénim*, Honor ſenum. Libellus Ariſteæ de Septuaginta Interpretibus, ex Græco ſermone in Hebræum converſus à R. Aſaria. Mantuæ in 4°. Comprehenſus eſt in libro מאור עינים.

הדרת קודש *Hadras Kodeſch*, Decor ſanctitatis. Liber Cabaliſticus. Lublini in 4°.

הואיל משה *Hoil Moſche.* Voluit Moſes (*ex Deut.* 1. 5.) Liber eſt in quarto, in quo dignitas, præſtantia & perfectio Legis Divinæ aſtruitur demonſtrationibus ſpeculativis & intellectualibus, cum refutatione contrariorum argumentorum. Author ר׳ משה אלפלס R. Moſche Alpeles. Venet. Anno הוא משה 357. Chriſti 1597.

הוריית הקורא *Horijas hakkore*, Nomen libri

 anti-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

antiqui Grammatici, cujus meminit R. Jehuda ben Bilham in Tractatu de Accentibus.

'היכל ה *Hechal Adonai.* Templum Domini. Liber eſt Cabaliſticus, ſubtilis admodum. Author יחיאל אשכנזי Jechiel Germanus. Venetiis impreſſit Daniel Saneti in quarto. Quidam hujus nominis adſcribitur etiam Rabbi Jacobo ben Ruben.

הכרת המדות *Haccáras hammiddos*, Cognitio proprietatum (Divinarum ſcil.) Liber Cabaliſticus, quem compoſuit R. Moſes fil. R. Iſaac.

הליכות עולם *Halichos olam*, Itinera ſeculi, vel, æterna, (*ex Habac.* 3. 5.) Liber eſt introductionionem facilem in Talmud præbens, explicans rationes loquendi Doctorum Talmudicorum, modum diſputandi, objectionum & reſponſionum, & ſimilia plurima, quæ ſpecialem habent uſum apud Talmudicos. Mantuæ in 4°. Anno שמ"חה 353. Chriſti 1593. & Savionetæ An. 327. Chriſti 1557. Author ejus R. Jeſchuah Hallevi Hiſpanus, qui Toleti vixit, Anno Chriſti 1467. Librum hunc de novo nuper recenſuit, & Verſione Latinâ doctiſſimâ illuſtravit, Amicus noſter magnus, D. Conſtantinus L'Empereur, Academiæ Leydenſis Profeſſor celeberrimus, ſub Titulo *Clavis Talmudica, complectens Formulas, loca Dialectica & Rhetorica, priſcorum Judæorum*, quâ nulli carere debent, nec poſſunt, quicunque feliciter in Talmudicorum ſcriptorum lectione progredi & verſari cupiunt.

הלכות דיעות *Hilchos deos.* Libellus Ethicus ex Rambam, libello antiquo הלכות דרך ארץ / & אבקת רוכל collectus. Adjunctus eſt alius ejusdem argumenti, qui vocatur חיי עולם. Cracoviæ, Anno 355. Chriſti 1595. in 4°.

הלכות גדולות *Hilchos gedolos*, Deciſiones magnæ. Author ר' שמעון קיירא R. Schimeon Kejara, Anno Chriſti 740. Quidam in aliud tempus rejiciunt. Sunt autem deciſiones variorum caſuum, juxta juris Talmudici Canones. Sic enim priſci illi, ad annum usque milleſimum Chriſti, tantùm erant in Talmudicis occupati, de Bibliis illuſtrandis parum ſolliciti. Edit. Venet. in fol.

הלכות פסוקות *Hilchos peſúkos*, Sententiæ deciſæ. Compendium eſt præcedentis libri, collectum à R. Jehudah bar Nachman, Anno 755.

הנהגת הבריאות *Hanhágas habberíus*, Regimen ſanitatis. Tractatus de conſervanda valetudine רמ"בם R. Moſis f. Majemonis.

הנהגת הגוף והנפש Vide ſuprà אגרות בתי הנהגת וכו'.

הרכבה *Harcáva*, vel, *Sepher habarcáva*, Liber Compoſitionis. Eliæ Levitæ eſt, &

 expli-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

ו

ויקהל משה *Vajakhel Moſche*, Et congregavit Moſes (*ex Exod.* 35. 1.) Liber concionum eſt, in quarto, Venetiis.

ז

זבח פסח *Sevach peſach*, Sacrificium paſchatis. Commentarius eſt illuſtris Don Iſaac Abarbinelis ſuper Haggadam ſive lectionem Hiſtoricam feſti Paſchatis. Cremonæ in 4°.

זוהר *Zohar*, ſive potiùs, *Sohar*. Commentarius in quinque libros Moſis, planè Cabaliſticus, de quo vide in Abbreviatura רש"בי. R. Gedaljah, Author libri Schalſcheleth, fol. 31. 2. ſcribit; *Scito, R. Schimeonem, & ejus filium R. Elieſarem, nihil ſcripſiſſe de libro Sohar, qui hodie eſt in manibus noſtris, ſed diſcipuli ejus ac diſcipuli diſcipulorum ipſorum ſcripſerunt eum in ſoliis multis, ſexaginta circiter annis poſt mortem ejus*, וקבלתי על פה שזה החיבור הוא כל כך גדול הכמות שאם היה נמצא כלו יחד היה משאת גמל *& accepi oretenus, tantam fuiſſe molem hujus compoſitionis, ut, ſi conjuncta tota eſſet, vix camelus eam ferret.* Duo huic libro tribuuntur: primò, in multis juribus repugnat doctrinæ Gemaræ: ſecundò, Conſtitutiones ejus, iſtarum rerum, quæ in

explicat in eo voces compoſitas, id eſt, quæ ex diverſis anomaliis, vocibus aut conjugationibus, formam compoſitam habent, aut alias inſignes anomalias continent. Editus ſecundò Venetiis, apud Danielem Bombergum, Anno 306. Chriſti 1546. in 8°. Latinè converſus eſt à Munſtero, & editus Baſileæ à Frobenio.

השגה vel ספר ההשגה *Sepher habaſſaga*, Liber apprehenſionis. Liber Grammaticus, quem compoſuit R. Jona Medicus, ben Ganach, ex Regno קורדובה. Citatur ſæpè ab Ephodeo in Grammatica ſua, ut cap. 11. & alibi. In præfatione vocat eum, הרופא המדקדק השלם אביר המדקדקים ר׳ יונה בן גנאח Medicum & Grammaticum perfectiſſimum, omniumque Grammaticorum præſtantiſſimum R. Jehudah ben Ganach. In libro מאזני לשון הקדש dicitur confeciſſe libros ſeptem, omnes deſiderabiles; & ſeptimum eſſe ספר השרשים Librum radicum. Ex iſtis ſunt & ספר ההערה / & ספר ההשואה / & ספר ההכלמה.

השגות *Haßágos*, Animadverſiones. Author Rambam, id eſt, R. Moſche bar Nachman.

השגות אלשקאר *Haſſagos Alaskar*. Animadverſiones in ספר אמונות R. Schem tof, in quo rationes ejus, quas profert contra Rambam & alios Philoſophos, refutantur. Venet.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Gemara non ſunt explicatæ, tamquam authenticæ à Rabbinis receptæ ſunt, & in uſum traductæ. Quòd Author iſtius libri nullibi Gemaræ mentionem faciat, inde omninò Judæi putant, ante collectum Talmud librum conſcriptum eſſe. Quòd tamdiu delituerit, id ajunt non eſſe novum inter Judaicos libros, quorum multi adhuc hodiè extent, qui ſimiliter per multos centenos annos in Ægypto, & iſtis orientalibus locis occultati fuerint. Sed ſatis. Impreſſus Cremonæ, Anno 319. id eſt, 1559. in fol. quæ editio habet Concordantias locorum Sacræ Scripturæ adjectas. Impreſſus etiam eſt Mantuæ in 4°. Anno 318. id eſt, 1558. & hæc editio locos Scripturæ non habet. Habet etiam quædam aliter diſpoſita, quàm ſunt in Cremonenſi editione, quam Judæi Mantuanæ præferunt.

זוהר חדש *Sohar chadaſch*, Sohar novus. Liber eſt in quarto, Anno Chriſti 1603. Cracoviæ editus, ejusdem orationis, ſtyli & materiæ cum Sohar antiquo. Continet autem ea, quæ in impreſſis exemplaribus Sohar deſunt, & deſcripta ex antiquiſſimo exemplari manuſcripto in pergameno, quod ex terra Iſraelis latum. Continet etiam מדרש הנעלם/ item חקונים/ item מדרש שיר השירים ואיכה/ ubi varia lectio annotata, ex vetuſto exemplari. In eo Medraſch multa de punctis vocalium & accentum habentur, quæ ſi eſſent ejus antiquitatis, ut Judæi volunt, multum haberent ponderis. Unum & alterum locum annotabo, producturus reliqua ſuo tempore in Theſauro Grammatico. Fol. 10. 2. legitur: נקודי ותנועות קבלה למשה מסיני/ id eſt, *Puncta & vocales acceptio ſunt Moſis de monte Sinai.* Et fol. ſeq. תנועי דטעמי קיימו כולא על ידא דמשה *Motiones accentuum firmata ſunt omnes per Moſis:* Et fol. 26. 2. תיבין בלא נקודי אינון כאיתתא בלא לבושין דלא יכלא למהך באתר דעלמא *Dictiones abſque punctis, ſunt ſicut mulier abſque veſtimento, quæ non poteſt prodire in locum publicum.* Et fol. 28. 2. לית קיומא ונהירו לבל אתוון בר מנהורי דנקודי וכלא אתמסר ברזא דאורייתא בסיני/ id eſt, *Non eſt ſubſiſtentia aut lux ullis literis ſine luce punctorum, & totum illud traditum eſt, per ſecretum Legis in Sinai.*

זוהר הרקיע *Sohar harakiah*, Splendor firmamenti. Conſtantinop. in 4°.

זכרון *Siccaron*, vel, ספר הזכרון *Sepher haſſicáron*, Liber memorialis. Author R. Joſeph Kimchi, pater R. Davidis, qui eum ſæpè citat, ut in Michlol fol. 186. Grammaticus eſt.

זכרון תורת משה *Sichron toras Moſche*, (ex Mal. 3.) Recordatio Legis Moſis. Conſtant.

זכות *Sacchus*, vel, ספר הזכות *Sepher haßáchus*, Liber meritorum. Author Rambam, id eſt, R. Moſche bar Nachman.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

זמירות *Semiros*, Cantiones. Sunt elegantes quædam cantiones in honorem Sabbathi decantandæ, cum Rhytmis Germanicis, & explicationum notis Hebraicis. Adjecta alia cantio Hebræa cum Rhytmis Germanicis, elegans & jucunda, continens diſputationem inter aquam & vinum, utriuſque laudes & utilitatem ex ſacris literis pulchrè demonſtrans. Libellus in octavo.

ח

חבצלת השרון *Chavatzeles haſſcharon*, Roſa Scharonis (*titulus ex Cantic* 2. 1.) Commentarius eſt in Danielem, habens adjectum textum cum punctis, Authore R. משה אלשיך Moſche Alſchich. Impreſſus Venetiis, Anno 1592 per Johannem de Gara in 4°.

חבורי לקט *Chibbure leket*, Compoſitiones collectaneæ. Commentarius eſt ſuccinctus in Prophetas tam priores quàm poſteriores, & in Hagiographa, ex Raſchi, Aben-Eſra, Kimchio, Gerſonide, & aliis, collectus à R. Abrahamo ben Rabbi Jehudah Chaſſan. Lublini Anno 372. Chriſti 1612. in fol.

חובת הלבבות *Chovas hallevavos*, Officium cordium. Liber מוסרי Theologicus & moralis ad pietatem & timorem Dei hortans, ſummè commendatus. Author רבינו בחיי Rabbenu

benu Bechai haddajian Judex, Hiſpanus, filius R. Joſeph (non ille Bechai qui in Legem commentatus eſt, ut ſuprà vidimus,) qui eum conſcripſit in lingua Arabica. Ex lingua Arabica autem in Hebræam tranſlatus eſt à R. Jehuda Aben Tybbon. Dividitur in decem portas, ſive capita. I. Agit de Unitate Dei. II. De Creaturis, & Bonitate Dei erga illas. III. De amplectendo vero cultu Divino. IV. De ſpe & fiducia in ſolo Deo collocanda. V. Quod omnia noſtra opera debeant unicè dirigi ad Dei gloriam, & de vitanda omni hypocriſi. VI. De Humilitate. VII. De Pœnitentia. VIII. De Abſtinentia, ſive Sanctimonia. IX. De Amore Dei & ejus gradibus. Editus in 4°. Venetiis apud Danielem Bombergum, Anno 308. id eſt, 1548. & Mantuæ, & Cracoviæ, Anno 1593.

חדושים *Chidduſchim*. Innovationes, Novæ meditationes, Novellæ. Aliquot libri recentiorum Rabbinorum ſunt, quæ inſcribuntur *Chidduſchim*, vel, *Chidduſche*, ſi nomen Anthoris ſequatur, & continent novas explicationes, ſuper libros quoſdam Talmudicos. Tales ſunt חדושי רבינו נסים Novellæ Rabbenu Niſſim, impreſſus Rivæ de Triento, Anno 319. Chriſti 1559. in 8°. Item, חדושי ר״שבא. Item, חדושי הרמ״בן. Impreſſus quoque eſt ſimilis liber, חדושים appel-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

pellatus, Baſil. apud Conrad. Waldkirch in 4°.

חזון למועד *Chaſon lemoed*, Viſio ad tempus ſtatutum (*titulus ex Abac.* 2. 3.) Commentarius eſt in Danielem, habens adjunctum textum ſine punctis. Author R. Samuel filius R. Judæ Valerii. Venetiis, Anno שמ״ו 346. Chriſti 1586.

חזות קשה *Chaſus kaſcha*, Viſio dura, ex Jeſa. 21. 2. Author R. Iſaac Arama, cujus & in litera ע recordabimur. Savionetæ in 4°. Quidam ſcribit, eſſe חיבור המזהיר שלא להשתקע בלימוד הפילוסופיאה librum dehortantem à nimio ſtudio Philoſophiæ.

חזקוני *Chaskuni*, Confortate me, non *Chiskuni*, ut quidam pronunciant. Nam verbum חזק non jungitur Affixis Pronominibus in Kal, cùm ſit intranſitivum. Sic autem vocatur liber, ut lectores ejus per nomen libri recordentur authoris, eique benè precentur, cui nomen חזקיה Chiskia ſive Ezechias. Eſt autem Commentarius in quinque libros Moſis. Iſti Commentario poſtea adjunctus textus Hebraicus & Chaldaicus, cum Commentario R. Salomonis, & Notis ex Authore Turim, de quo ſuprà diximus in litera א. Liber hic magni uſus eſt inter Judæos ad lectiones ſacras ex eo peragendas in Synagogis. Impreſſus Venetiis An. 284. id eſt, 1524. & Baſileæ apud Waldkirch. An. 366. Chriſti 1606. in fol.

ספר

ספר החיים *Sepher hachajim*, Liber vitæ. Continet דרשים. In quodam Catalogo notatur eſſe Com. in Levit. & Author ejus vocatur R Jehuda. Impreſſus Cracov. Anno 348. in 4°. & Venet.

חיי עולם *Chaje olam*, Vita æterna, Liber Hebræo Germanicus de vita æterna. Impreſſus Friburgi Briſgojæ, Anno 343. Chriſti 1583. in 4°.

חלומות *Chalomos*, vel, *Sepher hachalomos*, Liber ſomniorum. Author Rambam. Alius etiam eſt ר״י הא״י / editus Venetiis. Vide etiam infra פתרון חלומות.

חכמת מנוח *Chochmas Manoach*, Sapientia Manoæ. Liber criticus, continens correctiones, varias lectiones, caſtigationes in Talmud. Author ejus R. מנוח הענדל Manoach Hendel. Pragæ in 4°.

חוכמתא רבתא דשלמה *Chochmeſa rabbſa diſchlomoh*, Sapientia magna Salomonis. Eſt liber Salomonis, qui inter libros Biblicos Apocryphos extat. Rabbi Moſes bar Nachman, in præfatione Commentarii ſui in Legem, teſtatur ſe cum vidiſſe המתורגם in linguam Chaldaicam ſive Syriacam tranſlatum, & adducit illic aliquot verſus ex eo, qui extant in libro Græco Sapientiæ cap. 7. ℣ſ. 5. 6. 7. 8. & ℣ſ. 17. 18. 19. 20. de Sapientia Salomonis. Dialectus autem in illis eſt purè Syriaca, unde recentior videtur eſſe illa tranſlatio.

חלקת

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

חלקת מחוקק *Chelkas mechokek.* Portio Legiſlatoris (*titulus ex Deuter.* 33. 21.) Commentarius eſt in Jobum, adjunctum habens textum cum punctis, Authore משה אלשיך Moſche Elſchich. Venetiis apud Johannem de Gara, Anno 363. Chriſti 1603. in 4°.

חן טוב *Chen tof*, Gratia bona. Expoſitio Pentateuchi. Author R. Tobias Levi Tzephatenſis.

חנוך *Chanoch.* Liber eſt in quo Chiromantia explicatur, id eſt, ratio linearum manuum & faciei. Author R. Gedaljah, qui eum compoſuit Piſauri, in memoriam filii ſui חנוך Chanoch ſive Enoch, Anno 1570.

ספר החינוך *Sepher hachinnuch*, Liber Catechiſationis, Catechiſmus. Explicatio ſuccincta 613. præceptorum Moſaicorum, ſecundum ordinem Paraſcharum ſive ſectionum V. librorum Moſis, ex Alpheſi, Majemonide & Nachmanide collecta, à Levi Barſellonio. Venetiis apud Johannem de Gara, Anno 361. Chriſti 1601. in 4°.

חסדי ײ *Chaſde Adonai*, Benignitates, Miſericordiæ Domini. Liber eleganter agens de Miſericordia Dei, & viginti ſex modis explicans verſum illum Pſalm. 62. 13. ולך ײ חסד כי אתה תשלם לאיש כמעשהו *Tibi Domine eſt miſericordia, quia tu reddis unicuique ſecundum opera ſua.* Author ejus in fine libri ſe vocat, העלוב משה מרדכי בן כמה"רר שמואל

Af-

Afflictus Moſes Mardochei filius R. Schemuelis. Impreſſus Cracoviæ, Anno 349. Chriſti 1589. in 4°.

חסידים *Chaſidim*, vel, *Sepher Chaſidim*, Liber piorum vel ſanctorum. Liber Ethicus & Theologicus, continens præcepta benè vivendi, quæ variis exemplis & hiſtoriis illuſtrantur. Author R. Samuel. Anno Chriſti 1180. Filium habuit, qui dictus ר' יהודה חסיד R. Jehuda pius, cujus nomen hodie in libri fronte ponitur. Ex vetuſto manuſcripto exemplari auctus & renovatus. Impreſſit eum ultimò Frobenius Baſileæ Anno 1581. Antea excuſus fuit Venetiis.

ספר חרדים *Sepher charedim.* Explicatio 613. præceptorum, docens, à quonam ex quinque ſenſibus ſingula dependeant, quaque ratione ſint obſervanda & implenda. Venetiis in 4°. Anno 361. Chriſti 1601.

חשן המשפט *Choſen hammiſchpat*, Pectorale judicii. Cabaliſticus, cujus Author R. Baruch.

חשק שלמה *Cheſek Schlomoh*, Deſiderium Salomonis, (*titulus ex* 1 *Reg.* 9. 19) Commentarius eſt in Canticum Canticorum. Author רבי יוחנן אלמאן R. Jochanan Alleman, qui fuit Præceptor Johannis Pici Mirandulæ Comitis. Eſt & ejuſdem tituli Commentarius egregius in Prophetam Jeſaiam, impreſſus Saloneki in fol.

חותם

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Peculiariter etiam ſcripſit טעמי ג׳ ספרים אמ״ת Tractatum de Accentibus trium librorum, Job, Proverb. & Pſalm. Ibidem.

טעמי מצוות *Taame mitzvos*, Rationes præceptorum. Liber eſt in 4°. in quo rationes præceptorum Moſis redduntur. Author ר׳ מנחם ריקנאט R. Menachem Rekanat vel Recinenſis, qui obiit Anno Chriſti 1290. Impreſſus Baſileæ in 4°. per Ambroſium Frobenium, Anno Chriſti 1581.

י

יד חזקה *Jad Chaſaka*, Manus fortis. Liber eſt in folio, in quatuordecim libros & quatuor Partes ſeu Volumina diſtinctus, quo Talmudicum opus totum, linguâ eleganti Hebraicâ & perfacili, compendioſè tractatur. Commentario duplici illuſtratus eſt: alter vocatur כסף משנה *Keſeph miſchne*, alter מגיד משנה *Maggid miſchne*. In quosdam etiam libros commentatus eſt ר׳ לוי בן חביב R. Levi ben chavif. Adjectæ etiam ſunt השגות הרא״בד Animadverſiones & notæ breves R. Abrahami filii Davidis. Impreſſum Venet. Anno ש״לד 334. Chriſti 1574. Operis ſumma hæc eſt.

PARS I. Habet libros tres: *primus* dicitur ספר המדע *Sepher hammadda*, Liber de ſcien-

חותם תכנית *Chotem tochnis*, Sigillum diſpoſitionis (*titulus ex Ezech.* 28. 12.) Author R. Jedaja, aut Pater ejus R. Abraham, vulgò cognominatus Badreſchi. Citatur ab Abrahamo Balmeſio, & Grammaticus videtur.

חתן דמים *Chatan damim*. Sponſus ſanguinum, (*Exod.* 4. 25.) Liber Cabaliſticus. Pragæ in folio. Anno 366. Chriſti 1596.

ט

טוביה *Tobias*, Hiſtoria Tobiæ Hebraicè. Edita primò Conſtantinop. deinde Baſil. cum Verſione Latina & notis Sebaſt. Munſteri.

טוב טעם *Tuf táam*, Bonitas ſenſus. Liber de Accentibus Hebraicis, quo univerſa Accentuum Hebraicorum natura, proprietas, conſecutio & uſus explicatur, Authore Elia Levita Germano. Baſileæ apud Henricum Petri in 8°. Anno 1539. Habemus eum Latinè etiam à nobis tranſlatum.

טור אבן עזרא *Tur Aben Eſra*. De conjugiis, nuptiis, dotibus, & morbis mulierum, purificationibus &c. Liber juridicus.

טעמי המקרא *Taame hammikra*, Accentus Scripturæ. Liber de Accentibus, Authore R. Jehuda ben Bilham. Excuſus eſt Lutetiæ apud Robertum Stephanum in 4°. An. 1565.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

ſcientia: *ſecundus*, ספר אהבה *Sepher ahava*, Liber de amore: *tertius*, ספר זמנים *Sepher ſemannim*. Liber de tempore.

ספר המדע *Sepher hammadda* agit 1. de fundamentis Legis: 2. de variis opinionibus circa Legem Moſis: 3. de ſtudio Legis: 4. de idololatria: 5. de pœnitentia.

ספר האהבה *Sepher haahava* agit 1. de lectione ſacra iſtius textus Moſis, *Audi Iſraël, Deus tuus Deus unus eſt*, Deut. 6. 2. de precibus: 3. de tephillin ſeu ligamentis tempore precum manui ſiniſtræ & fronti capitis adhibendis: 4. de ſchedis poſtibus Januarum includendis: 5. de libro Legis & ejus ſcriptione legitima: 6. de zizis, id eſt, penicula-mentis ſacris: 7. de benedictionibus & conſecrationibus omnium rerum per preces: 8. de circumciſione.

ספר הזמנים *Sepher haſſemannim*, agit 1. de Sabbatho: 2. de mixtione rerum in Sabbatho: 3. de feſto Expiationis ſive Jom kippur: 4. de vulgari feſto ſive ſemifeſto die: 5. de interfeſtis diebus, inter primum & octavum, qui minus ſacri: 6. de fermento expurgando & maſſa infermentata tempore feſti paſchatis: 7. de cornu quod in feſto novi anni inflari ſolet: 8. de ſcenopegiis: 9. de annua penſitatione ſicli: 10. de conſecratione novilunii, ubi Aſtronomia & calendarii totius ratio explicatur: 11. de Jejuniis: 12. de

12. de feſto Hamanis & Mardochei, & lectione libri Eſther in feſto illo: 13. de feſto dedicationis Templi.

PARS II. Complectitur libros duos: *primus* dicitur ספר נשים *Sepher naſchim* Liber de mulieribus: *ſecundus* ספר קדושה *Sepher keduſcha*, Liber de ſanctitate.

ספר נשים *Sepher naſchim*, agit 1. de maritatione & uxoratione: 2. de repudiatione: 3. de fratriarum jure & ritibus in mariti abſque liberis defuncti, fratre ducendo vel repudiando: 4. de puella virgine vi aut doloſâ perſuaſione compreſsâ: 5. de muliere declinante ad adulterium.

ספר קדושה *Sepher keduſcha*, agit 1. de prohibito congreſſu & inceſto: 2. de menſtruata: 3. de proſelytis: 4. de cibis vetitis: 5. de vino prohibito: 6. de mactandi ritu.

PARS III. Complectitur libros quinque: *primus* הפלאה *Haphlaa*, de ſeparatione: *ſecundus*, זרעים *Seraim*, de ſeminibus: *tertius*, עבודה *Avoda*; De miniſterio ſacro: *quartus*, קרבנות *Korbanos*, De ſacrificiis: *quintus*, טהרה *Tahora*, De purificationibus.

ספר הפלאה *Sepher haphlaa* agit 1. de juramentis: 2. de votis: 3. de naziræatu: 4. de æſtimatione rerum & perſonarum, item de anathemate & devotis ad uſum ſacrum.

ספר זרעים *Sepher ſeraim* agit. 1. de hetero-

 ge-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

nibus: *tertius* משפטים *Miſchpatim*, de judiciis: *quartus* שופטים *Schophetim*, de judicibus.

ספר נזיקין *Sepher neſikin*, agit 1. de damnis in opibus ac facultatibus ab alio illatis: 2. de furto: 3. de rapto aut perdito reſtituendo: 4. de pigneratione: 5. de homicidio & conſervatione homicidæ innocentis.

ספר קנין *Sepher kinjan*, agit 1. de emptione & venditione: 2. de acquiſitione ex publico per venationem aut piſcationem, item de donationibus, de jure vicinitatis & vicinorum. 3. de nunciis emiſſis ad aliquid expediendum, &, ſi quid per eos neglectum aut dolo commiſſum ſit, item de jure ſocietatis & commercii. 4. de ſervis & ſervitutibus.

ספר משפטים *Sepher miſchpatim*, agit 1. de conductione pro mercede: 2. de commodato & depoſito: 3. de mutuante & mutuum accipiente: 4. de actore & reo, accuſante & accuſato: 5. de hæreditatibus.

ספר שופטים *Sepher ſchophetim*, agit 1. de Sanhedrin ſeu ſenatu majore: 2. de teſtibus ac depoſitionibus teſtium: 3. de rebellibus & apoſtatis: 4. de luctu & lugentibus: 5. de regibus & bellis gerendis.

Hactenus de Opere Rambam.

יד אבשלום *Jad Abſchalom*, Manus Abſalomi (*ex* 2 *Sam.* 18. 18.) In uno Catalogo ad me miſſo ſcribitur eſſe Commentarius in Proverbia Salomonis, Authore Baal Akeda,

geneis non ſerendis aut conjungendis. 2. de portione pauperibus relinquenda: de Trumos, ſive oblationibus liberis & indefinitis. 3. de decimis primis: 4. de decimis ſecundis: 5. de primitiis offerendis: 6. de anno ſeptimo ſeu quiete terræ anni ſeptimi.

ספר עבודה *Sepher avoda*, agit 1. de ſanctuario, in quo ſacra peragebantur. 2. de vaſis ſanctuarii. 3. de ingreſſu Sacerdotis in ſanctuarium: 4. de prohibitis in altari offerendis: 5. de ſacrificiis offerendis: 6. de ſacrificio jugi: 7. de vitiatis ſacrificiis: 8. de ſacrificiis in feſto Expiationis offerendis: 9. de transgreſſione in ſacrificiorum fruitione.

ספר קרבנות *Sepher korbanos*, agit 1. de ſacrificio paſchatis: 2. de triplici ſolenni comparitione coram Domino: 3. de primogenitis: 4. de errore per ignorantiam: 5. de iis qui non tenentur habere ſacrificium expiationis: 6. de permutatione ſacrificiorum.

ספר טהרה *Sepher tahora*, agit 1. de pollutione ob cadaver: 2. de vacca rufa: 3. de pollutione ob lepram: 4. qui cubilia & ſedilia polluant: 5. de patribus, id eſt, generalibus capitibus pollutionum: 6. de pollutione comedentium: 7. de vaſorum pollutione & purificatione: 8. de balneis & lavacris.

PARS IV. Complectitur libros quatuor: *primus* נזיקין *Neſikin*, de damnis: *ſecundus* קנין *Kinjan* de poſſeſſionibus & acquiſitioni-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

& impreſſus in 4°. In alio dicitur eſſe ספר דינים liber Juridicus. Ergo erunt fortè diverſi.

ידי משה *Jede Moſche*, Manus Moſis. Commentarius ſuper quinque libellos, ſecundum principia Philoſophorum.

ספר ידידות *Sepher jedidos*, Liber dilectarum, amicarum. Liber de fabrica tabernaculi, phyſicè & cabaliſticè, Manuſcriptus.

יונת אלם *Jonas illem*, Columba muta (*ex Pſal.* 56. 1.) Liber Cabaliſticus Manuſcriptus.

יחוס בשר *Jichus baſar*, Proſapia, Genealogia carnis. Liber eſt de juribus mulierum agens. Author R. Jehuda Barſellonius, qui apud פוסקים Jureconſultos ſimpliciter vocatur רב אלברצלוני.

יוחסין *Juchaſin*, vel, *Sepher Juchaſin*, Liber proſapiarum. Hiſtoricus eſt, tractans hiſtoriam ſacram & Judaicam ab initio mundi uſque ad annum Chriſti 1500. Author, ר' אברהם זכות R. Abraham Zachus. Cracov. in 4°. Anno Chriſti 1580.

יחוס הצדיקים *Jichus hazzaddikkim*, Proſapia juſtorum.

ילמדנו *Jelammedenu*, Docet nos. Vide infrà תנחומא.

ילקוט *Ialkut*, Pera. Pera Rabbinica, in quam omnis generis nummi collecti ſunt, rotundi & acciſi, cuprei & ærei, argentei & aurei, qui tamen rariores, ſaltem in noſtros uſus.

uſus. Commentarius eſt in tota Biblia varius, ex variis antiquis libris collectus, veluti Siphra, Siphre, Mechilta, Rabbos, Tanchuma, Talmud, & ſimilibus, non ad literalem ſenſum, ſed ad allegoricum, in quem Rabbini Darſchanim ſeu concionatores, excurrere ſolent. Author R. Schimeon concionator Francofurtenſis. Editus Cracoviæ, Anno 1595.

ים של שלמה *Jam ſchel ſchlomo*, Mare Salomonis. Continet varias Diſputationes Talmudicas. Author Schlomo, vel Salomon Luria, ſcriptor recens.

ימות עולם *Jemos olam*, Dies ſeculi. Liber Abarbinelis, quo pollicetur, ſe recenſere velle omnes perſecutiones & afflictiones Iſraelitarum inde ab Adamo primo, uſque ad ſua tempora. Mentionem facit hujus libri in מעייני הישועה Fonte 3. Palmâ 3.

יסוד מורה *Jeſod mora*, Fundamentum timoris. Liber Grammaticus videtur. Author R. Aben Eſra. Citatur in Commentario Coſri Orat. 3. ſect. 32. & ab ipſomet Aben Eſra Deut. 20. 19. Impreſſus eſt Venetiis Anno 326. ſed nunquam eum mihi videre contigit.

יסוד עולם *Jeſod olam*, Fundamentum mundi vel æternum, (*titulus ex Prov.* 10. 25.) Liber omnimodâ doctrinâ refertus, quem compoſuit Rabbi Iſaac Iſraelita in Hiſpania,

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

in honorem præceptoris ſui R. Aſcher, Anno 1310. Hiſtoricus eſt, ut ex Juchaſin apparet, in cujus fine multa ex eo citantur. Vidi olim in illuſtri quadam Bibliotheca, quæ nunc diſſipata.

יסוד שירים *Ieſod ſchirim*, Fundamentum Canticorum. Commentarius allegoricus & myſticus in libellum Ruth, ad oſtendendum quod in Sacra Scriptura ſit גלוי ונעלם פנימי וחיצון Senſus manifeſtus & occultus, interior & exterior. Vocavit Author librum hunc *Fundamentum vel principium Canticorum*, quia ex Ruta egreſſus eſt David Princeps Cantorum. Impreſſus טיהינגן Thiengæ, Anno 320. Chriſti 1560.

יוסף בן גוריון *Ioſeph ben Gorion*, vel, *Ioſippon.* Joſephus Hebraicus ex Conſtantinopolitano exemplari editus, & Latinâ verſione atque notis eruditis illuſtratus à Sebaſtiano Munſtero, Baſileæ apud Henricum Petri, Anno 1541. Impreſſus etiam Venet. Anno 304. in 4°. & Cracoviæ.

יוסף דעת *Ioſeph daas*, Augebit ſcientiam. Liber eſt continens correctiones & caſtigationes Commentariorum Rabbi Salomonis ex manuſcripto, trecentorum & amplius annorum antiquitatis, exemplari. Eſt autem hic liber totius operis pars prima duntaxat, in V. libros Moſis. Author R. Joſeph bar Jiſſaſchar Pragenſis. In præfatione pro-

promittit in ſecunda parte eundem laborem in Commentarios Raſchi ſuper Prophetas, Hagiographa, & V. Megillos: In tertia parte, Caſtigationes in triplex Targum, Onkeli, Jonathanis & Hieroſolymitanum. Pragæ in 4°.

יוסף לקח *Ioſeph lekach*, Augebit doctrinam (*titulus ex Prov.* 1. 5.) Peruſch ſive expoſitio ſuper libellum Eſther. Author R. Elieſer Germanus, caput Synagogæ Poſnavienſis in Polonia, qui obiit Anno 1586.

יפה מראה *Jephe mareh*, Pulcher aſpectu. Scribitur eſſe Commentarius elegans ſuper רבות Rabbos, uſque ad Leviticum. Venetiis. In Talmud Hieroſol. Bava kama in fine adducitur in gloſſa בעל יפה מראה author libri יפה מראה/ qui vocatus fuit R. Samuel יפה Japhe.

יפה נוף *Jephe noph*, Pulcher tractu. Ejuſdem Authoris, Venetiis.

יפה תאר *Jephe toar*, Pulcher formâ. Ejuſdem Authoris. Hunc adducit Philippus Aquinas in Lexico ſuo ad vocem תבקיין ex Bereſchit rabba, & ſimul paginam 195. unde ſine dubio & hic impreſſus eſt. Videntur hi tres omnes eſſe ejuſdem argumenti. Nobis eos nunquam videre contigit.

יצירה *Jetzirah*, vel, *Sepher Jetzirah*. Liber Creationis. Liber Cabaliſticus celebris, qui tribuitur Abrahamo Patriarchæ, ut titulus

 præ

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

præ ſe fert, & Author libri Juchaſin teſtatur, ut & alibi in Abbreviaturis diximus. Quidam attribuunt eum R. Akivæ, unde in præfatione ſecunda Zohar Mantuani ſcribitur, מי התיר לרי עקיבא לכתוב ספר יצירא וקראהו משנה שהיתה שומה בפיהם בקבלה מאברהם אבינו וכו׳. In libro Coſri Orat. 4. Num. 25. ſcribitur de hoc libro; ספר יצירה והוא לאברהם אבינו והוא עמוק ופירושו ארוך הורה על אלהותו ואחדותו בדברים מתחלפים מתרבים מצד אבל הם מתאחדים וכו׳. Vide illic plura & in Commentario. Mentio ejus in Talmud Sanhedrin cap. 7. fol. 65. 2. Excuſus Mantuæ in 4°. cum Commentariis R. Abraham ben Dior, Rabbi Moſis ben Nachman, R. Moſche בוטרילו Butrillo, Rabbi Saadiæ Gaon, & R. Elieſer מגרמישא Anno 322. Chriſti 1562.

Joh. Steph. Rittangelius ... cum Comment. R. Abr. Amst. 1642 4 ...

יראה *Jirah*, vel, *Sepher hajirah*, Liber timoris Dei, hortans ad timorem Domini, & pietatem. Parvus eſt, excuſus Venetiis, Anno 1544. in 4°. Author R. Jona Gerundenſis. Eſt & in Hebræo-Germanicum ſermonem converſus, qui impreſſus Tiguri Anno 306. Chriſti 1546.

יורה דעה הארוך Liber *Jore deah* major. Author R. Aharon Sacerdos, circa annum 334. Impreſſus Venetiis cum Comment. R. Joſeph Karro.

יראים *Jereim*, vel, *Sepher jereim*, Liber timentium Deum. Author R. Benjamin.

Schal-

Schalſcheleth fol. 56. 2. In Catalogo quodam reperio ספר יראים adſcribi etiam cuidam רי אליעזר.

יריעות עיזים *Jerios iſſim*, Cortinæ caprinæ (*ex Exod.* 26. 7.) Sexcenta tredecim præcepta verſibus breviter comprehenſa. Author R. Schimeon bar Schmuel, Hieroſolymitanus.

יריעות שלמה *Jerios Schlomoh*, Cortinæ Salomonis (*titulus ex Cantic.* 1. 5.) Eſt Biur ſive declaratio ſuper Eliam Miſrachi, id eſt, Orientalem, qui ſcripſit declarationem ſuper Raſchi. Author R. Schlomo, ſive Salomon Luria, de quo antè dictum. Pragæ, Anno 1609. in 4°.

יש שכר *Jeſch ſachar*, Eſt merces. Caſus juris, ex libro Zohar. Pragæ. vide ſuprà in אמרי בינה.

ישע אלהים *Jeſcha elohim*, Salus Dei. Commentarius in Eſtheræ librum. Author R. Abraham Tzabulon. Venet.

ישועות משיחו *Jeſchuos Meſchicho*, Salutes Meſſiæ (*titulus ex Pſal.* 28. 8.) Liber explicans dicta Gemaræ & Deraſchos de Meſſia. Author Abarbinel. In præfat. libri מעייני הישועה ſcribitur, ignorari, quónam hic liber devenerit, ut & ספר משמיע ישועה, unde nunquam impreſſi videntur.

ישר *Jaſchar*, vel, *Sepher hajaſchar*, Liber rectus, vel, recti. (*titulus ex Joſ.* 10. 13.) Author R. Tam, R. Salomonis ex filia nepos,

pos,

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

pos, qui in Talmud quoque multa commentatus eſt. Excuſus Cracoviæ, Anno 346. id eſt, 1606. in 4°. & antea in Italia, Anno 304. Chriſti 1544.

כ

כבוד אלהים *Kevod Elohim*, Gloria Dei. Cabaliſticus, cujus Author R. Elieſer hakkalir. In Catalogo quodam inveni, eſſe expoſitionem libri עבודת הקדש.

כד הקמח *Kad hakkemach*, Cadus farinæ (*titulus ex* 1 *Reg*. 17. 14.) Liber in folio eſt, continens ordine Alphabetico locos communes Theologicos, excuſus Lublini. Author R. Bechai, qui Commentarium celebrem ſcripſit in Legem, ut ſuprà in litera ב poſitum.

כוזרי *Coſri*, vel, *Sepher haccoſri*. Liber multiplicis doctrinæ ac multæ laudis, conſcriptus à רי יהודה הלוי R. Jehuda Levita Hiſpano, in honorem Regis cujusdam, quem vocat Coſar, circa annum Chriſti 1140. in lingua Arabica, & ex ea in Hebræam traductus à Jehuda Aben Tybbon. Vixit tempore Aben Eſræ, qui eum citat in paraſcha יתרו Jethro. Excuſus eſt Venetiis primum ſine Commentario: deinde cum celebri Commentario R. Jehuda Muſcato, quem vocat קול יהודה *Vox Iehudæ*, Anno 1594.

כל בו *Col-bo*, Omnia in eo. Liber juridicus, continens jura & conſtitutiones de omnibus rebus communis politiæ Judaicæ. Vidi in quarto excuſum Venetiis, Anno 332. id eſt, 1572. Eſt & in folio editus.

כלי חמדה *Keli chemda*, Vas deſiderabile (*titulus ex Ierem*. 25. 34.) Author Samuel Laniadi. Continet homilias ex Rabboth, id eſt, Gloſſa magna in V. libros Moſis. Venet. apud Joh. de Gara in fol. Liber recens eſt.

כלי יקר *Keli jakar*, Vas pretioſum, (*titulus ex Prov*. 20. 15.) Commentarius eſt in Joſ. Jud. Samuelis & Regum libros, ejuſdem Authoris, habens, (niſi fallor) adjunctum textum cum punctis. Venetiis apud Johannem de Gara in fol.

ספר הכלמה *Sepher hachlamah*. Cabaliſticus liber, cujus Author R. Ruben Hiſpanus.

כסף משנה *Keſeph miſchne*, Argentum duplum (*titulus ex Geneſ*. 43. 11.) Commentarius in librum Jad Majemonidis, Authore Joſepho Karro, qui obiit Anno 1575. quo indicat quo in libro & capite Talmudico ſingulæ theſes & doctrinæ extent, unde *Keſeph miſchne*, q. Argentum Miſchnæ.

כף נחת *Kaph nachas*, Vola quietis (*titulus ex Eccleſ*. 4. 6.) Eſt liber Miſchnajos cum brevi Commentario, quo difficiliores voces explicantur. Venet. apud Joh. de Gara, An. 1609. in 8°.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

כפתור ופרח *Caphtor vapharach.* Pomum & flos (*titulus ex Exod.* 25. 32.) Liber eſt continens hiſtorias Talmudicas, Aggados, Medraſchos, & ſimiles ſermones allegoricos & hyperbolicos, quorum genuinus ſenſus explicatur. Liber egregius & jucundus. Baſileæ in 4°. apud Ambroſium Frobenium.

כריתות *Keriſus*, vel, *Sepher keriſus.* Author R. Schimſchon, qui obiit Anno 1312. Introductio eſt in Talmud. Cremonæ in 4°.

כתם פז *Keſem pas.* Aurum ſolidum. Cabaliſticus. Author R. Jom tof. Alius hujus nominis, quem compoſuit R. Iſaac F. Rabbi Samuelis.

כתר מלכות *Keſer malchus*, Corona regni, Liber precum & hymnorum ſacrorum, in laudem Dei Opt. Max. Author רבי שלמה בן גבירול R. Salomon filius Gavirol.

כתר שם טוב *Keſer ſchem tof.* Corona nominis boni. Commentarius in Legem. Author R. Schem tof. Venet. in fol. Anno 361. id eſt, 1601.

כתר תורה *Keſer torah*, Corona Legis. Explicatio Talmudica 613. præceptorum; Conſtantinop. Anno 296. in 4°. Author Rabbi Joſeph Askenaſi. Judæus quidam aliquando obtulit pro aureo Ungarico.

ל

ל

לב אהרון *Lef Aharon*, Cor Aharonis, (*titulus ex Exod.* 28. 30.) Commentarius ſuper Prophetas priores יפה מאד elegans valdè, ſcribit quidam. Author eſt Aharon ben Chajim.

לב האריה *Lef haarjeh*, Cor leonis (*titulus ex 2 Sam.* 17. 10.) Venetiis in 4°.

לבוש מלכות *Levuſch malcus*, Indumentum regium (*titulus ex Eſth.* 6. 8.) Liber ritualis & juridicus, quales ſunt ארבע טורים & שלחן ערוך / recens, ſed valdè celebris. Continet decem partes, quarum ſingulæ peculiari titulo à לבוש inchoato inſigniuntur. Prima vocatur, לבוש התכלת Veſtimentum hyacinthinum. Secunda לבוש החור Veſtimentum candidum. Aliud לבוש עיר שושן Veſtimentum urbis Suſan, &c. התופר Sartor horum veſtimentorum, רי מרדכי נקרא יפה R. Mordechai, dictus Pulcher, qui Anno 1592. Pragæ adhuc claruit. Impreſſus Pragæ Anno 370. Chriſti 1610. & Lublini Anno 363. Chriſti 1603. in folio.

לבנת הספיר *Liſnas haſſaphir*, Later Saphiri, (*Exod.* 24. 10.) Author R. Juda. Grammaticus videtur, & citatur à R. Abraham Balmeſio in litera S. 4.

לוחות התכונה *Luchos hattechunah*, Tabulæ Aſtronomicæ, in gratiam Alphonſi Regis Portugaliæ confectæ, quæ idcirco vocantur

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

tur Tabulæ Alphonſinæ. Author ר׳ יצחק אבן סיד R. Iſaac Aben Sid.

לחם אבירים *Lechem Abbirim*, Panis robuſtorum. Liber Talmudicus juridicus.

לחם יהודה *Lechem Iehudah*, Panis Jehudæ. Commentarius eſt in Pirke, Savionetæ An. 314. in 4°.

לחם משנה *Lechem miſchne*, Panis duplus, (*Exod.* 16. 4.) Panis Miſchnæ. Commentarius ſuper כסף משנה/ de quo in litera כ.

לחם רב *Lechem raf*, Panis multus. ענייני תלמוד וסוגיות Continet res & modos loquendi Talmudicos.

לחם שלמה *Lechem Schlomoh*, Panis Salomonis (*ex* 1 *Regum* 4. 22.) ספר דרשות Liber Concionum.

לכל חפץ *Lechol chephetz*, Omnis rei deſiderium. Eſt liber formularis Contractuum, Inſtrumentorum, Libellorum, Juris, matrimonii, repudii, emptionis, venditionis, locati, conducti, commercii, mutui, depoſiti, &c. Venetiis Anno שי״ב. 1552. in 4°. Invenio etiam, hujus nominis eſſe libellum quendam parvum, המבאר רוע השחוק oſtendentem perniciem luſus, qualis eſt סור מרע/ de quo infrà.

למודי אצילות Liber Cabaliſticus manuſcriptus.

לפני ולפנים Cabaliſticus, quem compoſuit R. Meir ben Todoros ex Toletola.

לקהת

לקהת נביאים *Likhas neviim*, Congregatio Prophetarum. De Prophetiis, & maximè de Prophetia Moſis, ſæpè contrà librum Moſe diſputat. Author Abarbinel.

לקח טוב *Lekach tof*, Doctrina bona (*titulus ex Prov.* 4. 1.) Lexicon eſt Hebræo-germanicum ſuper tota Biblia, additis ſparſim gloſſis Hebraicis. Liber non inutilis Germanis. Donavi aliquando amico. Pragæ in 4°. Eſt & alius ejuſdem nominis, qui eſt חנוך לנערים Catechiſmus puerorum Hebræorum, per quæſtiones & reſponſiones inſtitutus, Venetiis apud Johannem de Gara, in 8°.

ליקוטי זוהר *Likkute ſohar*, Collectanea ex Sohar.

ליקוטי הפרדס Collectanea ex Pardes rimmonim.

לקט שכחה ופאה *Leket, ſchececha upheah*. Excuſus eſt liber hujus tituli Ferraræ in 4°. Citatur etiam talis in Caphtor fol. 78.

ליקוטי מהתלמוד לר׳ יוסף גיקטיליא Collectanea ex Talmud R. Joſeph Gecatiliæ.

לשון הזהב *Leſchon haſſahaf*, Lingua vel lingula aurea. Venetiis in 4°.

לשון למודים *Leſchon lemudim*, Lingua eruditorum. Liber Grammaticus, author R. Salomon Jarchi, ut citat R. Abraham Balmeſius folio E 2. & alibi ſæpè. Eſt & alius, cujus author Rabbi David ben Jechaja, excuſus Conſtantinop. Anno 1506.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

inſcribitur liber Concordantiarum Hebraicarum, qui in folio excuſus Venetiis, Anno 284. id eſt, 1524. & Baſileæ Anno 1581. per Frobenium. Eædem Concordantiæ, ſed Parentis ſtudio aliâ methodo diſpoſitæ, & emendatiores, auctiores, atque interpretatione vocum Latinâ illuſtriores, editæ ſunt, Anno 1631. per Ludovicum König.

מאירת עיניים *Meiras enajim*, Illuminans oculos. Recenſio brevis & ſummaria omnium 613. præceptorum. Pragæ in 8°.

מאוני העיונים *Moſne haijunim* Statera contemplationum. Citat eum Maſius in Joſuam.

מאוני לשון הקדש *Moſne leſchon hakkodeſch*, Statera linguæ ſanctæ. Liber Grammaticus, quem compoſuit R. Abraham filius R. Meir, Hiſpanus, cognominatus Ben Eſra. Venetiis in 8°. An. 306. id eſt, 1546. cum tribus aliis opuſculis, quorum titulum vide in דקדוקים.

מאוני משקל *Moſne miſchkal*, Statera ponderis (*ex Ezech.* 51.) Proſodia Hebraica R. Jacobi Romani Conſtantinopolitani, in qua genera carminum Hebraicorum mille trecenta quadraginta octo oſtendit, & proponit. Nondum eſt editus. *Specimen operis ante aliquot annos ad me miſit Conſtantinopoli.*

מאמץ כח *Meammetz cóach*, Roborans virtutem (*ex Prov.* 24. 5.) Liber Ethicus & moralis. Author R. Kalonymus.

מאמר האחדות *Maamar haachádus*, Sermo de

מ

מאור עיניים *Meor enajim*, Lumen oculorum. Liber eſt diviſus in tres partes: prima vocatur קול אלהים *Kol elohim*, Vox Dei, quæ agit de Terræmotibus, qui contigerunt Ferraræ 18. Novembr. Anno 331. Chriſti 1571. ſecunda, הדרת זקנים *Decor ſenum*: Eſt translatio Hebraica libelli Ariſtææ de ſeptuaginta Interpretibus Græcis: tertia, אמרי בינה *Verba intelligentiæ*, continet varias res hiſtoricas & Philologicas. Liber elegans, eruditus & jucundus, in quo de productis quæſtionibus non tantùm ex Hebræis, ſed & Græcis ac Latinis (quarum linguarum videtur peritus fuiſſe author.) ſcriptoribus diſſeritur. Nam adducit multa ex Auguſtino, Hieronymo, Ariſtæa, Cicerone, Plutarcho, Origene & aliis plurimis noſtris authoribus. Author ר׳ עזריה מן הארומים R. Aſarias Edomæus. Excuſus Mantuæ in 4°. Anno 334. Chriſti 1574.

מאור עניים *Meor anijim*, Lumen pauperum.

מאיר איוב *Meir Jjob*, Illuminans Jobum. Explicatio elegans libri Jobi, נוטה על הפילוסופיא inclinans ad Philoſophiam.

מאיר תהלות *Meir tehillos*, Illuminans Pſalmos. Similis expoſitio libri Pſalmorum.

מאיר נתיב *Meir naſif*, Illuminans viam. Sic inſcri-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

de Unitate (Dei.) Liber Cabaliſticus. Ferraræ in 4°.

מאמר השכל Itidem Cabaliſticus.

מבחר הפנינים *Miſchar happeninim*, Selectæ margaritæ. Liber celebris, continens præcepta Ethica & moralia, ex antiquis Philoſophis Græcorum & Arabum collecta, à R. Salomone ben Gavirol. Conſcriptus primûm ab Authore in ling. Arabica, & in ea מכתאר אלגואהר vocatus: deinde à R. Jehuda Aben Tybbon Sevilienſi ex lingua Arabica in Hebræam converſus. Ita ſcribit de hoc libro R. Joſeph Kimchi in præfatione libri שקל הקדש / de quo infrà. Excuſus Cremonæ apud Vincentium Conte in 4°. Anno 318. Chriſti 1558. cum Commentario. Johannes Druſius eum ferè integrum recenſuit in libro, *Apophthegmata Hebræorum & Arabum*, qui typis editus Franekeræ Anno 1591.

מגיד משנה *Maggid miſchne.* Indicans duplum (*ex Zach.* 9.12.) q. Indicans Miſchnam. Eſt enim Commentarius in Majemonidem, ut ſuprà in יד dictum, cujus Author eſt ר' יום טוב בר אברהם R. Jom tof bar Abraham, qui abbreviatè dicitur ריטב״א *Ritba.* Floruit circa annum Chriſti 1375. In Juchaſin fol. 133.2. adſcribitur Don Vidalo Tholoſano.

מגדל דוד *Migdal David*, Turris Davidis. Saloneci in 4°.

מגדל עוז *Migdal os*, Turris robuſta. Au-

thor Rabbi Jom tof bar Abraham, modò commemoratus.

מגלת ספר *Megillas ſepher*, Volumen libri. Liber Epiſtolicus eſt, comprehendens Epiſtolarum Hebraicarum familiarium formas, quem penè totum Latinè reddidimus, & notis phraſium explicavimus in peculiari libro, cui titulus, *Inſtitutio Epiſtolaris Hebraica, cum Centuria Epiſtolarum.*

מגן אברהם *Magen Abraham*, Scutum Abrahami. Author Peritzola.

מגן אבות *Magen avos*, Scutum patrum. Author R. Simeon bar Zemach, ex familia Duran, nepos Ralbag, circa annum Chriſti 1391. ut notatur in צמח דוד par. 1. fol. 59.2. In eo libro oſtentavit doctrinam ſuam ex Talmud, & omnibus aliis ſcientiis. Citatur in Juchaſin fol. 15. 1. & 106. 1.

מדבר יהודה *Midbar Jehudah*, Deſertum Judææ. Liber Concionum. Venet. in 4°.

מדרש *Midraſch*, vel, *Medraſch.* Sic dicitur Commentatio allegorica & hiſtorica. Tales libri plurimi ſunt in diverſos libros Biblicos, ut, מדרש התורה *Midraſch hattorah*, Commentarius homologeticus in Legem, Saloneci in fol. מדרש חמש מגלות *Midraſch chameſch Megillos*, Comment. allegor. in quinque libellos, Ibidem. מדרש שיר השירים ואיכה מהזוהר *Midraſch ſchir haſſchirim veecha*, Com. allegor. in Canticum Canticorum, & Thre-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

& Threnos, ex Sohar, Cracoviæ in 4°.

מדרש תהלים *Midraſch Tehillim*, Comment. allegoricus in Pſalmos. Venetiis apud Bombergum, Anno 306. Chriſti 1546. in fol. מדרש משלי *Midraſch Miſchle*, Commentarius allegoricus in Proverbia, Ibidem. מדרש שמואל *Midraſch Schmuel*, Commentarius Allegoricus in Samuelem, Ibidem.

מדרש דבי אליהו *Midraſch debe Eliahu*, Midraſch domus Eliæ. Continet aggados, narrationes hiſtoricas, ſive fabulas ex Talmud.

מדרש החכמה *Medraſch hachochmah*, Midraſch Sapientiæ. Commentarius in Phyſicam Ariſtotelis. Author R. Juda Sacerdos, Toletanus.

מדרש שמואל על פרקי אבות *Midraſch Schmuel al Pirke avos*, Commentarius allegoricus ſuper Capitula patrum.

מדות *Middos*, vel, *Sepher hammiddos*, Liber morum. Sic vocantur libri Ethicorum Ariſtotelis, quos in Hebræum ſermonem convertit Don Meir, Medicus Regis Caſtiliæ, Anno 1405. Commentario illuſtravit hunc librum R. Joſeph, filius R. Schem tof, qui etiam commentatus eſt in librum More.

מהלך הכוכבים *Mahalach haccochavim*, Iter ſtellarum. Liber Aſtronomicus.

מהלך שבילי הדעת *Mahalach ſchevile haddáas*, Profectio per itinera ſcientiæ. Liber Grammaticus R. Moſis Kimchi, fratris Rab-

Rabbi Davidis, qui claruit Anno 1190. Joſephus Scaliger habuit impreſſum in Sicilia ante annos 152. Excuſus etiam eſt Venetiis apud Danielem Bombergum, cum tribus aliis Opuſculis Grammaticis, Anno 306. id eſt, 1546. cum Eliæ Levitæ Commentariolo. Eſt & Baſileæ excuſus, & Latinè redditus per Munſterum, Anno 1531. Denique eundem librum nuper elegantiſſimè & emendatiſſimè, cum notis eruditis, quibus multa Scripturæ teſtimonia illuſtrantur, edidit Amicus noſter Conſtantinus L'Empereur, Lugduni Batavorum, Anno 1631.

מהריל *Maharil*, vel, *Minhage Maharil*, Liber ritualis Maharil Cremonæ in 4°.

מהררי נמרים *Meharre nemárim*, De montibus pardorum (*titulus ex Cantic.* 4. 8.) Expoſitio על איזה סוגיות מהתלמוד quarundam proprietatum loquendi & diſputandi in Talmud, Venetiis in 4°.

מורה נבוכים *More nevochim*, Doctor perplexorum. *Liber multiplicis laudis & doctrinæ R. Moſis Majemonidis, à nobis ante paucos in Latinam linguam converſus, unde non neceſſe plura de eo hîc dicere.* Editus eſt Venetiis primò ſine Commentariis: deinde Savionetæ cum triplici Commentario Schem Tof, Ephodi & Craskaſii, apud Veſpaſianum Gonzagam, Anno 313. Chriſti 1553. *Qui plura de eo volet, adeat Verſionem & præfationem noſtram.*

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

מורה חטאים בדרך *More chattaim badderech.* Ducens peccatotes in viam (*ex Pſal.* 25. 8.) Libellus hortans ad pœnitentiam, & vitæ emendationem. Author, ר' אליעזר מגרמייזא Rabbi Elieſer miggarmiſa. Pragæ in 8°.

מזבח הזהב *Misbeach haſſahaf*, Altare aureum. Varias quæſtiones Philoſophicas & Theologicas tractat: Author Rabbi Schem tof, Lugdunenſis. *Alius* eſt hujus nominis Cabaliſticus, de confectione ſuffitus ſacri, qui ſuper altari aureo fiebat, &c. Author R. Schlomon ben Rabbi Mordechai, impreſſus Baſileæ Anno 362. Chriſti 1602. apud Waldkirchium, in 4°.

מזמור לתודה *Miſmor letodah*, Pſalmus eucharisticus. Expoſitio Pſ. 119. Venet. in 4°.

מחברות עמנואל *Mechabberos Immanuel*, Compoſitiones Immanuelis. Liber Poëticus, continens rhythmos & metra omnis generis, admirabili arte, eloquentiâ, elegantiâ & doctrinâ conſcripta, unde non immeritò שר המשוררים Princeps Poëtarum habetur ejus Author Immanuel filius R. Schelomoh. Reperiuntur in eo copioſè omnis generis materiæ, multa amatoria & jocoſa, atque adeò etiam ſcurrilia, quod in Judaicis ſcriptoribus rarum. unde Judæos vidi, qui hanc ob cauſam eum non magni faciant. Elegantia autem ſermonis, & ſummum artificium, quod illic latet, facit ut aliquo modo licentiâ Poëticâ ex-

excuſari poſſit, exemplo Poëtarum Latinorum, quos ille & imitatus, & æmulatus eſſe videtur. Dividitur liber in 28. מחברות libros aut capita. Impreſſus Conſtantinopoli apud Gerſonem Schunzen. Anno 300. Chriſti 1540. in 4°. *Rariſſimus eſt. Ego eum præterito anno nactus ſum Mantuâ à Judæo quodam.*

מחזור *Machſor*, Cyclus, Circulus, Reditus in circulum, Liber precum eſt, quo maximè in majoribus feſtis utuntur. Preces ferè omnes ſcriptæ rhytmicè, ſermone difficili, qui à paucis intelligitur, unde has preces dicunt major pars Judæorum, ſicut Veſtales noſtræ Pſalterium Latinum & Pater noſter. Sæpiſſimè liber editus in octavo, quarto, & folio, etiam cum Commentariis. Vidi exemplaria Venetiis, Sabionetæ, Cracoviæ, Pragæ, Auguſtæ edita. In Venetis multa correcta ſunt, quæ contra Chriſtianos & Regnum Romanum erant directa, quæ in aliis pleriſque ſunt expreſſa, vel adſcribuntur à Judæis ad marginem, quale exemplar aliquando habui, ex quo etiam multa deſcripſi. Extat & German. editus Pragæ in folio.

מחזור ויטרי *Machſor vitri.* Liber Aſtronomicus: author R. Simcha, diſcipulus R. Salomonis.

מחזור הפסח *Machſor happeſach*, Cyclus Paſchatis. Liber Aſtronomicus.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

מחקר הסודות *Mechkar haſſódos*, Scrutatio ſecretorum. Citat Galatinus lib. 1. cap. 3.

מחיר יין *Mechir jajin*, Pretium vini (*ex Jeſa.* 55. 1.) Commentarius in libellum Eſther. Author R. Moſes, filius R. Iſrael, Iſerle. Cremonæ per Vincentium Conte, Anno 319. Chriſti 1559. in 4°.

מי המרים *Me hammarim*, Aquæ amaræ.

מישרים *Meſchárim*, vel, *Sepher meſchárim*, Liber rectitudinum. Author R. Jerucham, An. 1334. Venet. Anno 313. Chriſti 1553. in fol.

מכלול *Michlol.* Grammatica R. Davidis Kimchi, impreſſa Venetiis in 8°. Anno 1550. & in fol. Anno 305. Chriſti 1545. Conſcriptus liber circa annum 1200.

מכלל יופי *Michlal jophi*, Perfectio pulchritudinis (*ex Pſalm.* 50. 2.) Author ר׳ שמואל סרסא R. Samuel Sirſa. Anno 1490. Liber autem impreſſus eſt poſtea בשלוניקי in Salonica, id eſt, (ut puto) Theſſalonicæ, Anno שכ״ז / id eſt, Chriſti 1567. In ejus libri titulo author ponitur R. Menachem filius Abrahami. Extat etiam quidam liber hujus tituli, qui continet Commentarium Grammaticum in univerſa Biblia, qui excuſus Conſtantinop. Anno 314. id eſt, 1554. & in titulo authorem præfert, ר׳ שלמה ן׳ מלך / ut in Amici cujuſdam Catalogo inveni. In ejus fine ſcribit ſe inveniſſe (quod Galatinus etiam refert)

R. Judam primum fuiſſe Grammaticum Hebræorum.

מכילתא *Mechilta.* Liber ex antiquioribus, magnæ celebritatis. Eſt Commentarius in Exodum. De Authore diverſum ſentiunt Hebræi. Origo ipſi adſcribitur circa annum Chriſti 210. Eſt & alius liber Mechilta R. Iſmaëlis. Conſtantinopoli Anno 1520. & Venetiis in fol.

מכתם לדוד *Michtam ledavid*, Aureolum carmen Davidis. Author ר׳ דוד ויטל R. David Vital, Anno 1467. Eſt explicatio tredecim articulorum Legis ſive fidei Judæorum. Impreſſus Venetiis, per Marcum Antonium Juſtinianum, Anno 1546.

מלאכת המספר *Meleches hammiſpar*, vel, *Sepher hammiſpar*, Ars numerandi. Arithmetica eſt, quam ad formam noſtrarum Arithmeticarum ſcripſit ר׳ אליה מזרחי R. Elia Miſráchi, id eſt, Orientalis, qui & Sephæram conſcripſit, ut in litera צ dicetur. Ex eo Compendium Arithmeticum extraxit Oſwaldus Schrekenfuchſius, & Latinè reddidit, quod excuſum Baſileæ per Henricum Petri.

ספר המלואים *Sepher hammilluim*, Liber impletionum. Cabaliſticus eſt. Author R. Aſarias, filius ſancti Rabbi Menachem.

מלות הגיון *Millos higgajon.* Explicatio vocum ſive terminorum Logicorum. Cremonæ in 4°.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

מלחמת החכמה והעשר *Milchamas hachochmah vehaoſcher*, Bellum Sapientiæ & divitiarum. Libellus parvus, impreſſus Cracoviæ in 8°. Vocatur etiam מלך רב.

מלחמות '' *Milchamos adonaj*, Liber bellorum Domini. Author רלב"ג Ralbag, id eſt, R. Levi ben Gerſon, inſignis Philoſophus & Theologus, qui eum ſæpè in ſuis Commentariis citat. Liber eſt Philoſophicus & Theologicus vel Metaphyſicus maximè, ex ſcriptis Ariſtotelis & aliorum Philoſophorum collectus. Præcipua ejus capita ſunt 1. de Animæ immortalitate. 2. de Notificatione vel Scientia futurorum, à quo & quomodo illa fiat, ubi & de Inſomniis, Divinationibus, & Prophetia. 3. de Scientia Dei, quæ ſcil. eſt in Deo, quomodo ille res omnes univerſales & particulares ſciat. 4. de Providentia Dei. 5. de Corporibus cœleſtibus & motoribus illorum. 6. de Innovatione ſeu creatione mundi, in quo etiam agitur de Miraculis, ſignis & prodigiis, quomodo item probandus ſit Propheta. Impreſſus Rivæ de Triento, Anno 320. Chriſti 1560. in folio.

מלכיאל *Malkiel*. Liber parvus, agens philoſophicè de Anima & ejus facultatibus. Thiengæ in 4°.

מלמד התלמידים *Melámmed hattalmidim*, Doctor diſcipulorum.

ספר המנהיג *Seoher hammanhig*. Liber quo expli-

explicantur ritus Judæorum Hiſpanorum in Synagogis ſuis.

מנהיג עולם *Manhig olam*, Gubernator mundi. Liber ritualis eſt. Author ejus R. Eljakim, qui vixit Toleti, Anno Chriſti 1236.

מנהגים *Minhágim*, Ritus, Rituale. Plures ſunt qui Minhagim ſcripſerunt. Sunt autem libri in quibus ritus deſcribuntur, quibus hodiè in Synagogis tempore precum & feſtorum utuntur. *Breviaria* quidam vocant: Liber Minhagim excuſus Venetiis Hebræo-Germanicè cum figuris in 4°. An. 1601. & Hebraicè Cracoviæ Anno שנ"ז 357. Chriſti 1597. cujus author אייזק טירנא Iſaac Tirna. Celebres ſunt etiam Minhage מה"ריל Maharil, id eſt, R. Jacob Levitæ.

מנוח הלבבות *Menóach hallevávos*, Requies cordium. Lublini in 4°.

מנורת הזהב *Menóras haſſáhaf*, Candelabrum aureum. Cabaliſticus. Author Rabbi Salomon Luria.

מנורת המאור *Menóras hammáor*, Candelabrum lucis. Liber Talmudicus continens Aggádos & Medráſchim totius Talmud, ad regimen hominis, & mores ejus formandos. Author ר' יצחק אבוהב R. Iſaac Avuhaf, qui conſcripſit eum Anno 1470. & obiit in Portugalia, Anno 1493. Excuſus Venetiis, Anno 304. id eſt, 1544.

מנות הלוי *Manos hallévi*, Portiones Levitæ. Expo-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

ſuam pretioſiſſimam legavit Academiæ Leydenſi. Latinè redditus per Benedictum Ariam Montanum, Antverpiæ per Plantinum, Anno 1575. De novo eleganter recuſus, & Verſione Latinâ ac notis eruditis illuſtratus, operâ Conſtantini L'Empereur, Lugduni Batavor. apud Elſevirios, Anno 1633. in 8°.

ספר המספר / Vide ſuprà מלאכת המספר.

מספר דברי שלמה *Miſpar divre Schlómoh*, Numerus verborum Salomonis. Author R. Schlómo hallévi. Venet.

מוסר *Muſar*, vel, *Sepher hammuſar*, Liber diſciplinæ. Liber celebris eſt, politicas & Theologicas virtutes tractans, ex Sacris literis & ſcriptis veterum. Author R. Jehudah ben כ״לץ. Impreſſus Cracoviæ, Anno 358. Chriſti 1598. in 4°. Donavi illum ante paucos annos Johanni Druſio, amico meo magno, qui grato animo illud ſuperiori anno in Annotationibus ſuis in Nov. Teſt. prædicans, mihi (ex rumore tunc mortuo) ſimul juſta fecit, ſed gratia Dei me à ſæviſſima iſta peſte, quæ Anno 1610. Baſileam affligebat, in hunc uſque diem ſalvum conſervavit, pro quo ſit Nomen ejus benedictum.

מוסר השכל *Muſar haſſechel*, vel, שירי *Schire muſar haſſechel*, Eruditio intellectus (*ex Proverb.* 1. 3.) Libellus parvus, continens elegantes ſententias morales ad virtutem & pietatem, metricè conſcriptus. Author R. Haj Gaon.

Expoſitio ſuper libellum Eſther. *In prima tituli voce videtur alludi ad Eſth.* 9. 19. *&* 22. ומשלוח מנות: *in altera fortè ad nomen authoris. Sed non vidi.*

מנחה בלולה *Mincha belúlah*, Oblatio mixta (*ex Levit.* 9. *verſ.* 4.) Commentarius in Legem. Author R. Abraham Menachem. Veronæ, An. 354. in 4°.

מנחה חדשה *Mincha chadaſcha*, Oblatio nova (*Levit.* 23. 16.)

מנחת יהודה *Minchas Jehúda*, Oblatio Jehudæ. Commentarius eſt ſuper librum מערכת האלהות / de quo mox. Author R. Jehuda חיים Chajiat. Citatur in קנה בינה fol. 14. col. 1.

מנחת כהן *Minchas kóhen*, Oblatio ſacerdotis. Collectanea Maſorethica in quinque libros Moſis. Author רבי יוסף הכהן Rabbi Joſeph haccohen, filius R. שיניאה הכהן. Impreſſus בקורו נישמי / quod eſt סמוך לקושטנטינא prope Conſtantinopolim, Anno 358. Chriſti 1598. in 8°.

מסעות ר׳ בנימין *Maſſáos R. Binjámin*, Profectiones, Itinerarium R. Benjamini. Circuivit penè univerſum mundum, & res memorabiles omnes quas vel vidit, vel à fide dignis audivit, in eo libello deſcripſit. Liber eſt in 8°. excuſus olim Baſileæ typis Frobenianis. Tale exemplar donavi ante paucos annos Joſepho Scaligero, qui Bibliothecam ſuam

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Gaon. Editus, & ſimul in Latinam linguam converſus eſt, à Joh. Mercero. Pariſ. apud Guiljelmum Morelium, An. 1561. in 8°. Eſt etiam editus Venetiis.

מוסר הפילוסופים *Muſere happiloſophim*, Præcepta ethica vel moralia Philoſophorum.

מסורת המסורת *Maſſóres hammaſſóres.* Liber Eliæ Levitæ, in quo univerſam Maſoræ rationem explicat, excuſus Venetiis in 4°. & Baſileæ in 8°.

פירוש על המסורה *Peruſch al hammaſora*, Explicatio Maſoræ. Libellus parvus eſt, continens explicationem quarundam rerum ex Maſora V. librorum Moſis. Author R. Jacob ben R. Iſaac. Lublini in 8°. Anno 376. Chriſti 1616.

מסורת תלמוד ירושלמי *Maſſóres Talmud Jeruſchalmi.* Index eſt omnium rerum, quæ in Talmud Hieroſolymitano tractantur. Author R. Jehuda Theſſalonicenſis. Impreſſus Conſtantinop. Anno 333. id eſt, 1573. in 4°.

מעיין גנים *Majan gannim*, Fons hortorum (*titulus ex Cantic.* 4. 8.) Liber epiſtolicus eſt, continens quinquaginta epiſtolas Hebraicas familiares, nempe viginti quinque cum reſponſionibus ſuis. Stylus elegans & luxurioſus. Venetiis apud Bragadinum, Anno שי״ג 313. Chriſti 1553. in 8°. *Deinde* eſt alius hujus nominis recens liber, Joſephi del Medico, in quo continentur reſponſiones

ad

ad quæſtiones quaſdam Mathematicas, quas in libro אילם propoſuit. Amſterodami in 4°.

מעייני הישועה *Majene hajeſchúah*, Fontes ſalutis (*titulus ex Jeſa.* 12. 3.) Commentarius in Danielem pulcherrimus R. Iſaac Abarbinelis, in quo multa diſputat contra Chriſtianos. Excuſus Anno 311. Chriſti 1551. in 4°. Conſtantinop. ut puto: nam locus non eſt additus. Liber rarus.

מעלת המדות *Máalas hammiddos*, Præſtantia virtutum. Liber Ethicus.

מעמדות *Maamádos*, vel, *Sepher hammaamádos*, Ordo ſtationum ſacrarum. Cùm Templum adhuc ſtaret, ſi quis peccaſſet noctu, adferebat ſacrificium manè; qui interdiu, veſpere, & tunc ſacerdos remittebat ipſi peccata. Poſtea ex quo templum dirutum, & ſacerdotes cum omnibus ſacrificiis ceſſarunt, loco ſacrificiorum realium, inſtituerunt ſacrificia labiorum, cum commemoratione tantùm priſcorum ſacrificiorum. Nam perſuaſi, recordationem hîc tantundem valere, quàm oblationem ipſam, ordinarunt triplicatas lectiones ſingulis diebus ſeptimanæ, ex Bibliis, ex Miſchna, & Gemara, quas, qui ſanctiores eſſe volunt quotidiè recitant. Addiderunt huic officio excellens hoc elogium, וכל האומרים מובטח לו שהוא בן הע״ב *Quicunque dicit iſta quotidie, perſuaſum ipſi ſit, ſe eſſe filium vitæ æternæ.* Venetiis cum brevi Com-

g ment.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

ment. Anno 1598. in 8°. & Veronæ, Germanicè.

מעריך המערכות *Maarich hammaaráchos*, Digerens digeſta. Dictionarium eſt complectens omnes voces Hebræas, Chaldæas, Talmudico-Rabbinicas, & Abbreviaturas Hebræorum. Author Philippus Aquinas, Judæus converſus, & linguæ Hebrææ Profeſſor Lutet. Impreſſus Lutetiæ Pariſiorum, Anno 1629. in folio.

מערכת האלהות *Maaréches haeláhus*, Diſpoſitio divinitatis. Liber Cabaliſticus celebris, circa quem poſtea R. Jehuda חייט Chajat, id eſt, ſartor, fecit commentarium (vide ſuprà מנחת יהודה.) Author putatur eſſe ר׳ פרץ הכהן Rabbi Peretz Sacerdos, qui abbreviatè dicitur הר״ף *Haraph*. Vixit circa annum 1240. Impreſſus Mantuæ in 4°. Anno 318. Chriſti 1558. & Ferraræ.

ספר המעשה *Sepher hammaaſe*, Liber hiſtoriarum. Eſt liber Hebræo-germanicus, continens hiſtorias varias & jucundas, ex variis Judæorum libris depromptas, majori tamen parte ex ipſo Talmud. Baſileæ apud Waldkirch in 4°.

מעשה אפוד *Maaſe ephod*, Opus Ephod (*titulus ex Exod.* 28. 15.) Liber Grammaticus celebris, cujus author, ut in titulo libri habetur, פרופט דוראן qui vixit anno à Creatione mundi 5154. hoc eſt, Chriſti 1394. & hunc librum conſcripſit in gratiam diſcipulorum R. Chaldai. Liber eſt optimus, & præmiſſa eſt ei inſignis & docta Præfatio, in qua de præſtantia & utilitate ſtudii Biblici, & de variis aliis rebus eò ſpectantibus, eruditè diſſerit. In Schalſcheles hakkabala fol. 59. col. 1. vocatur ר׳ פריפיטו דורנטי / & dicitur, traditionem eſſe, eum aliquando defeciſſe à religione Judaica, ſed iterum reſipuiſſe. Ab hoc libro vocatur communiter אפודי *Ephodæus*, hoc eſt, Author libri Ephod. Nunquam eſt editus: ego manuſcriptum ejus exemplar accepi Conſtantinopoli à celebri illic & doctiſſimo Rabbino, Jacobo Romano, cujus amicitiam & benevolentiam mihi conciliavit Antonius Leger, Oratori Belgico tum temporis à Concionibus, Vir à Philoſophiæ, Linguarum variarum, & Sacræ Theologiæ rara peritia, cum pari pietate conjuncta, eximius.

מעשה בית דוד בימי פרס *Maaſe bes David bime Paras.* Res geſtæ domus Davidis temporibus Perſarum. Liber Hebræo-Germanicus. Baſileæ apud Waldkirch. in 4°. Agitur in eo quoque de fluvio Sabbatjon.

מעשה ײ *Maaſe adonaj*, Opus Domini. Continet quatuor partes: Opera Dei, Patrum, Mitzrajim, Thorah. Author R. Elieſer Germanus, caput Synagogæ in Polonia. Venetiis, Anno 343. Chriſti 1583. in 4°.

מפעלות אלהים *Miphalos elohim*, Opera Dei (*titu-*

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

(*titulus ex Pſal.* 66. 5.) Liber eſt de Mundi innovatione ſeu creatione, contra Ariſtotelem & alios, qui æternitatem Mundi aſſerunt. Author, Don Iſaac Abarbinel. Impreſſus Venetiis apud Johannem de Gara, An. 352. Chriſti 1592. in 4°.

ספר מצות גדול Vide in litera ס.

מקוה ישראל *Mikve Jiſráel*, Exſpectatio, Spes Iſraëlis. Cabaliſticus, quem compoſuit R. Jedajah, filius R. Schemajah.

מקח וממכר *Mekach umemcar*, Emptio & Venditio. Author, רבי שמואל הכהן R. Samuel Sacerdos, filius חפני Chophni, qui obiit Anno 1034. Citat eum Aben Eſra in Paraſcha יתרו Jethro. Juchaſin fol. 130. col. 2. Editus eſt talis liber authore ר׳ האי גאון Venetiis, unde videntur plures eſſe.

מקנה אברהם *Mikne Abraham*, Peculium Abrahami. Grammatica Abrahami de Balmis, Artium & Medicinæ Doctoris, edita cum verſione Latina, Venetiis per Danielem Bombergum, Anno 1523. in 4°. De hoc Balmeſio Munſterus in præfatione in Grammaticam Eliæ ſic ſcribit: *Abraham de Balmis nihil aliud mihi agere viſus eſt, quàm veterum doctrinam perpetuò convellere atque impugnare, magis in inſectando occupatus, quàm in docendo. At in dubium tantùm vocare priſcorum præceptiones, cùm interim nihil certi ſtatuas, non docere eſt, ſed ridere. Quin ſæpè ubi Grammaticæ regulæ tradendæ erant,*

ipſe prorſus ἀπροσδιονύσως, & velut oblitus argumenti, phyſicas rationes, & metaphyſica theoremata affert, ut præter Hebraiſmi phraſin, quam ex appoſita verſione deguſtare licet, parum utilitatis alioqui ad lectorem ſit rediturum. Hæc ille. Verſio Latina literam rigidè perſequens, adeò obſcura & inepta eſt, ut longè faciliùs Hebræa intelligas, quàm Latina.

מקור חיים *Mekor chajim*, Fons vitæ (*titulus ex Pſalm.* 36. 10.) Author ר׳ שמול סרסא R. Schemuel Sirſa, qui floruit Anno 1490. Eum Chriſtianus Gerſon in ſuo Talmud Judaico (liber eſt Germanicè ſcriptus) ſæpiſſimè adducit. Audio eſſe Commentarium ſuper Aben Eſræ commentaria. Impreſſus eſt Mantuæ in fol.

מקור חכמה *Mekor chochma*, Fons ſapientiæ (*titulus ex Prov.* 18. 4.) Vide ſuprà in אמרי בינה.

מקרא קדש *Mikra kodeſch*, Convocatio ſanctitatis. Liber quo ſcopus & intentio omnium feſtorum allegoricè explicatur. Author R. Joſeph Samigah, Venetiis.

מראה כהן *Mare cohen*, Viſio ſacerdotis. Index præcipuorum capitum libri Sohar. Cracov. in 4°.

מראות אלהים *Maros elohim*, Viſiones Dei (*titulus ex Ezech.* 1. 1.) Citatur ſæpè in Caphtor. Dicitur eſſe commentarius ſuper רבות.

מראות השתן *Maros haſchtan*, Colores urinæ,

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Citatur in Schalſcheles fol. 40. col. 1. Et Abarbinel in Danielem fol. 70. col. 1. adducit ex eo, שהלובן אינו מראה אבל הוא שלילת המראות כלן quòd albedo non ſit color, ſed negatio omnium colorum. Authorem vocat יצחק הישראלי Iſaacum Iſraëlitam, qui vixit circa annum 1310. ut eſt in Tzemach David. Agit de inſpectione & coloribus urinarum.

מראות הצובאות *Maros hazzóveos*, Specula militantium, (*titulus ex Exod.* 38. 8.) Commentarius in prophetas poſteriores per Moſen Elſchich. Venet. apud Johan. de Gara in fol.

מרדכי גדול *Mordecháj gádol*, Mardochæus magnus. Compendia librorum Talmudicorum ſcripſit R. Mordochai ſive Mardochæus qui fuit diſcipulus R. Moſis de Kotzi, qui tandem martyrio fuit affectus Norinbergæ, Anno 1310. Excuſus Rivæ de Triento, & Cracoviæ Anno 358. Chriſti 1598. in folio. Extat etiam קצור מרדכי Compendium Mardochæi.

מרכבת יחזקאל *Markéves Jecheskel*, Currus Ezechielis. Commentarius in primum caput Ezech. Author Rabbi Joſeph Gecatilia, Cabaliſta celeberrimus.

מרכבת המשנה *Markéves hammiſchne*, Currus ſecundanus (*titulus ex Gen.* 41. 43.)

מרפא לנפש *Marpe lenépheſch*, Medicina animæ. Liber Ethicus & moralis. Citatur ſæpè in

in libro Caphtor. Venetiis in 4°. Author eſſe fertur R. Raphael מנורצי. Invenio etiam מרפא הנפשות R. Joſeph Barſellonii, qui tranſlatus ex Arabico in Hebræum. Itidem liber moralis.

מרפא לשון *Marpe laſchon*, Medela linguæ (*titulus ex Prov.* 15. 4.) Libellus Grammaticalis eſt, in cujus ſecunda parte genera metrorum explicantur. Author ר׳ משה בן חביב Rabbi Moſes ben Chavif. Venetiis apud Danielem Bombergum, Anno 1546. in 8°.

משכן העדות *Miſchkan haédus*, Tabernaculum Teſtimonii (*titulus ex Numer.* 1. 50.) Conſcriptus à R. Schem Tof, Lugduno-Gallo.

משל הקדמוני *Meſchal hakkadmoni*, Proverbium antiqui. Liber eſt rhytmicus, continens fabulas & apologos, conſcriptus להודיע כח לשון הקדש ad oſtendendum uſum, elegantiam, & virtutem linguæ ſanctæ, ut author Juchaſin ſcribit. Dividitur in quinque partes, 1. Agit de laude intelligentiæ & ſapientiæ, 2. De laudibus pœnitentiæ. 3. De conſilio & prudentia. 4. De humilitate. 5. De timore. Author R. Iſaac filius Salomonis, qui obiit Anno 1268. Liber rarus, in quarto.

משלי שלמה *Miſchle Schlómo*, Proverbia Salomonis. Explicantur in eo omnis generis ſomnia. Author R. Gedalja, qui conſcripſit eum Immolæ in Italia, Anno 1557.

משלי שועלים *Miſchle ſchualim*, Adagia vulpium,

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

pium, Fabulæ vulpeculæ. Similis eſt præcedenti משל הקרמוני. Liber fabularum, ad virtutem & prudentiam comparandam directus. Author ר׳ ברכיה ברנטונאי הנקרן R. Berachja Barentonius punctator. Editus Mantuæ, Anno 317. Chriſti 1557. Liber rariſſimus.

משמיע ישועה *Maſchmia jeſchúah*, Prædicator ſalutis (*titulus ex Jeſa. 52. 7.*) Explicantur in eo omnes Prophetiæ, quæ non poſſunt accipi de Templo ſecundo, vel ſpiritualiter, ſed tantùm de redemptione futura. Author Abarbinel.

משנה vel משניות *Miſchna*, vel pluraliter, *Sepher hammiſchnájos.* Liber traditionum ſive Legis ſecundæ oraliter traditæ. Hunc collegit R. Jehudah hakkádoſch, ut in recenſione Talmud dictum. Separatim liber excuſus eſt ſine Commentariis & cum Commentariis. Commentati in eum ſunt Rambam, cujus explicationes Operi Talmudico poſt ſingulos libros inſertæ ſunt. Deinde, רבי עובדיה מברטנורא R. Obadjas de Bartenora, quæ expoſitio excuſa in fol. An. 1606. Simpliciter appellatur à Judæis Bartenora, & vehementer commendatur. Editæ ſunt hæ Miſchnajos cum utriusque Rambam & Bartenoræ commentario, elegantiſſimis typis & charta, Venetiis apud Sanetum, Anno 366. Chriſti 1606. in folio. Tertiò ex-

cuſæ

cuſæ ſunt Miſchnajos in 8^{o}. cum brevibus Scholiis, valdè commodè & utiliter: vide ſuprà in כף נחת.

משנה תורה *Miſchne torah*, Repetitio Legis. Liber in folio magni pretii & magnæ Authoritatis, Authore Joſepho Karro. Continet Traditiones Talmudicas & Legem oralem. Venetiis, Anno 337. id eſt, 1577.

משנה תורה להר״מבם *Miſchne torah leharambam.* Eſt liber יד *Jad* Majemonidis, de quo ſuprà.

משפט צדק *Miſchpat zédek*, Judicium juſtitiæ. Commentarius in Jobum R. Obadjæ Saforno.

משפטי שבועות *Miſchpete ſchevúos*, Conſuetudines juramentorum. Author ר׳ האיי גאון R. Haj Gaon. Venetiis.

משקל *Miſchkal*, vel, *Sepher hammiſchkal*, Liber ponderis. Author R. Schem Tof, Lugdunenſis Gallus, qui obiit Anno 1293. Videtur eſſe Proſodia, vel Poëticus liber.

מתוק לנפש *Maſok lannépheſch*, Dulcedo animæ (*titulus ex Proverb.* 16. 24.) Liber myſteriorum de anima, Paradiſo, inferno, &c. Venetiis Anno 367. in 8^{o}.

מתנות *Mattános*, vel, *Sepher hammattános*, Liber donorum. Author R. Aſcher.

מתנות כהונה *Mattános cehunnah*, Dona Sacerdotii. Commentarius ſuper Rabbos, de quo libro vide ſuprà in בראשית רבה.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Liber duplicationis. Hic videtur agere de verbis duplicantibus ſecundam radicalem. Tertius, ספר הנקוד *Sepher hannikkud*, Liber punctationis. Videtur agere de vocalibus, & vera punctatione vocum. Quartus, ספר הרקחה *Sepher harkachah*, Liber condimenti ſeu conditurę. Author R. Jehuda, Arabs Feſſanus, cognominatus חיוג Chijug, Aben Eſræ, & R. David Kimchio ſæpè laudatus, & appellatus ראש המדקדקים.

נחלת אבות *Nachalas ávos*, Hæreditas patrum (*ex Proverb.* 18. 14) Liber Pirke avos cum commentariis Rambam, & Don Iſaac Abarbinelis. Venetiis in 4°.

נחמת בואיציאו *Nechámas Boézio*, Conſolatio Boëtii. Libellus Boëtii de Conſolatione Philoſophiæ, elegantiſſimè, ut audio, in linguam Hebræam tanſlatus à R. Samuele ben Banſchat.

נפוצות יהודה *Nephuzos Jehúdah*, Diſperſiones Jehudæ (*titulus ex Jeſa.* 11. *v.* 12.) Conciones LII. R. Joſephi Muſcati. Venetiis in 4°.

נפש החכמה *Nephes hachachamah*, Anima ſapiens. De anima ejusque facultatibus, & ſtatu poſt hanc vitam. Baſileæ apud Waldkirch. in 4°.

נופת צופים *Nophes zúphim*, Stillatio favorum (*ex Pſal.* 19. 11.) Conſtantinop. in 4°.

נצח ישראל *Nezach Jiſráel*, Æternitas Iſraelis (*titu-*

מתורגמן *Meſurgeman*, Interpres. Lexicon Chaldaicum Eliæ Levitæ, impreſſum Coloniæ apud Birkmannum, Anno 1560.

נ

נובלות חכמה *Novelos chochmah*, Decidui fructus ſapientiæ. Liber Cabaliſticus: Author R. Joſeph del Medico ex Candia. In 4°. Anno 1631.

נוה שלום *Neve ſchálom* (*titulus ex Jeſa.* 32. 18.) Liber Philoſophicus, Theologicus, Phyſicus, Metaphyſicus, complectens doctrinam ex omnibus ſcientiis collectam, & innumeras quæſtiones ex Ariſtotele tractans, partim eas refutans, partim explicans. Sæpiſſimè citatur in libro Caphtor. Author ר׳ אברהם שלום R. Abraham Schalom. Impreſſus Venetiis apud Johannem de Gara, Anno 335. Chriſti 1575. Hoc me nuper donavit Thomas Erpenius, amicus meus è primis, Arabicæ linguæ & aliarum Orientalium in Academia Leydenſi Profeſſor, cujus ſtudiis & laboribus Deus benedicat.

ספר הנוח *Sepher hannúach*, Liber quietis. Eſt liber Grammaticus, cui tres alii adjuncti, quibus, ceu quatuor partibus, Grammatica abſolvitur. Hic agit de literis quieſcentibus. Alter eſt ספר הכפל *Sepher hakképhel*, Li-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

(*titulus ex* 1 *Sam.* 15. 29.) Liber agens de certitudine & neceſſitate redemptionis Iſraelitarum ex præſenti captivitate, de adventu Meſſiæ, de dignitate Iſraelitarum, & ipſorum perpetuitate. Author vocatur R. Juda.

נצחון *Nizzáchon*, Victoria, Liber victoriæ. Plures ſunt hujus nominis libri, contra Chriſtianos, & hiſtoriam Evangelicam. *Primus* eſt antiquior, ultra trecentos & amplius annos antiquitatis, cujus Author vocatur ר' מתתיה R. Mattatiah. Hunc ex Bibliotheca Oſiandri nactus, edere ac ſimul refutare inceperat Vir laudatiſſimæ memoriæ D. Wilhelmus Schikhardus amicus olim noſter è primis: ſed mors præmatura laborum perfectionem nobis invidit. *Alterius* Author eſt R. Lipman Mülhuſinus, circa annum Chriſti 1459. Hunc Munſterus olim habuit, & ex eo plurima tranſcripſit, & refutavit in Evangelio ſuo Hebraico. Ejus exemplar, in pergameno manuſcriptum, & nos ante aliquot annos nacti ſumus. Hic expreſſè contra Hiſtoriam Evangelicam eſt directus.

ספר הנקוד *Sepher hannikkud.* Liber punctationis, ſeu, de punctandi arte per vocales. Vide ſuprà in נוה. Eſt & *alius* hujus nominis Cabaliſticus, quem ſcripſit magnus ille Cabaliſta רבינו אהרן / caput Academiæ בבל.

נר מצוה *Ner mizvah*, *Lumen præceptum* (*ex Proverb.* 6. 22.) Liber concionum. Venet.

נורא

נורא תהלת *Nora tehillos*, Venerandus laudibus (*ex Exod.* 15. 11.)

נשמת אדם *Niſchmas ádam*, Anima hominis, (*ex Prov.* 20. 27.) Tractatus de anima & ejus facultatibus. Hanoviæ in 4°.

ס

סאה סלת *Sea ſoles*, Sea ſimilæ. Liber ethicus. Author ejus fertur eſſe R. Raphael מנורצי. Ven. in 4°.

סבוב העולם *Sibbuſ haólam* Circuitus mundi. Itinerarium eſt Peſachjæ Ratisbonenſis, quod Hebraicè & Germanicè excuſum Pragæ in 4°. Hebraicum unà cum Itinerario Benjamini, donavi antehac Joſepho Scaligero.

סדר הגדה של פסח *Seder haggádah ſchel Peſach*, Ordo rituum feſti Paſchatis, Venet. Anno 369. id eſt, 1609. in fol.

סדר היום *Seder hajom*, Ordo diei. Ritus Judæorum Turcicorum in Synagogis ſuis.

סדר העבור *Seder haibbur*, Ordo intercalationis. Author ר' דוד אבודרהם R. David Avudraham, qui ſcripſit eum Anno 1341.

סדר עולם רבא *Seder olam rabba*, Ordo mundi major, id eſt, Chronicon mundi majus. Tractatur Hiſtoria mundi uſque ad tempora Adriani, qui bello ſubegit Coſibam, Meſſiam

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

ſiam falſum, quod 52. annis poſt excidium templi accidit. Author libri putatur ר׳ יוסי בן חלפתה Rabbi Moſe ben Chilpheta, qui circa annum Chriſti 130. vixit, fuitque præceptor R. Judæ ſancti, Authoris libri Miſchnajos. Videtur ſeipſum in fine libri prodere, dum inquit, אמר רבי יוסי/ Inquit R. Joſe.

סדר עולם זוטא *Seder olam ſuta*, Chronicon mundi minus. Author ejus incertus. Ex principio libelli videtur, Authorem vixiſſe circa annum Chriſti 1124. Scribit enim: *A vaſtatione Templi usque nunc effluxerunt Anni* 1053. quibus ſi addantur anni præcedentes à nato Chriſto, erit prædictus numerus. At iſti repugnat finis libri, in quo deſinit Author in Hiſtoria Mar Sutræ, qui aſcendit in terram Iſraelis Anno à vaſtato Templo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, qui eſt Annus Chriſti quingenteſimus vigeſimus ſecundus. Poſt Mar Sutram ponit adhuc octo generationes. Interſunt ergo inter priorem numerum & ultimum, ſexcenti duo anni, quos nullo modo octo illæ ætates poſt Mar Sutram exhibere poſſunt, & ſi diutiſſimè producantur, vix dimidium iſtorum annorum conſtituent. Præterea, quod ſi prædicto Anno 1124. vixit & ſcripſit, ſuprà modum mirandum eſt, quod nullarum perſonarum recordetur, qui præcedentibus ſeculis

culis vixerunt, quales fuerunt Doctores, quos Geonim appellarunt, item Rabbi Scherira, Rabbi Saadia, & alii plures, quorum fama per totum mundum exiverat. Eſt autem moris Hiſtoricorum, ut Hiſtoriam ſcribant usque ad ſua tempora. Videtur ergo Hebræis, iſta verba in principio libri ab aliquo iſtius temporis, ad marginem aſcripta fuiſſe, quæ poſtea per imprudentem Hiſtoricum in textum relata.

סוד התורה *Sod hattórah*, Secretum Legis. Liber Cabaliſticus, Authore R. Abraham Aben Eſra, cujus meminit Reuchlinus lib. 1. Cabalæ.

סוד י״י *Sod Adonaj*, Secretum Domini. Cabaliſticus: Author R. Bechaj.

סוד המרכבה *Sod hammercávah*, Secretum quadrigæ. Liber Cabiliſticus, in quo currus Ezechielis cabaliſticè explicatur, ac ſimul multa myſteria continet de Paradiſo & inferno. Manuſcriptus extat apud Danielem Schwenterum, virum in his literis doctiſſimum, Altorfii Profeſſorem.

סוד שם המיוחד *Sod ſchem hamjúchad*, Secretum nominis, Dei proprii. Exat manuſcriptus.

סור מרע *Sur meráh*, Recede à malo (*titulus ex Pſalm.* 34. 15.) Libellus parvus de luſu, formâ duorum colloquentium conſcriptus, quorum alter luſum defendit, alter repre-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

reprehendit & condemnat, lectu jucundus. Venet. apud Johannem de Gara, Anno בשמחה 355. Chriſti 1595. in 8°.

סליחות Selichos. Liber precum quarundam ſic appellatur, quibus utuntur in feſtis principalibus, & appellantur סליחות, quia pro miſericordia & remiſſione peccatorum tantùm ſunt inſtitutæ. In omnibus formis liber excuſus eſt, quia ejus magnus uſus. Eſt & cum brevibus gloſſis editus. Scaliger manuſcriptum in membranis reliquit. In tale exemplar incidi & ego his diebus, in quo amarulenta quædam contra Chriſtum & Chriſtianos deprehendi, quæ in impreſſis omiſſa. In folio impreſſus eſt Pragæ, & ibidem etiam Hebræo-Germanicè.

סמדר *Semadar.* Elias citat eum in præfatione tertia Maſoreth.

ספר מצות גדול *Sepher mitzvos gádol*, Liber præceptorum magnus, qui vulgò etiam dicitur סמ״ג, ut eſt in Abbreviaturis poſitum. Author ר׳ משה מקוצי R. Moſes Kotzenſis, Venet. in fol. An. 1522.

ס״מק *Semak*, id eſt, *Sepher mitzvos katon*, Liber præceptorum parvus. Vide עמודי גולה.

ספרא, ספרי *Siphra*, *Siphre*. Duo libri antiquiſſimi ſunt incertorum Authorum. Majemon in præfatione ſua in Talmud, Abarbinel in præfatione libri ſui נחלת אבות, item Author libri שבילי אמונה authorem faciunt Raf,

Raf, qui fuit diſcipulus R. Chajæ, & R. Judæ Kadoſch. R. Abraham in libro Juchaſin fol. 60. ſcribit, authorem ejus eſſe R. Jehudam filium אלעאי Elaj, qui aliquot annis iſtum Raf anteceſſit. Probabile eſt, R. Jehudam doctrinæ authorem eſſe, quæ à diſcipulis accepta, paulò poſt per Raf peculiari libro publicata eſt, ut ſæpè diſcipuli præceptorum labores in publicum edere ſolent. Eſt autem *Siphra* Commentarius in Leviticum, & aliâs vocatur תורת כוהנים *Toras cohanim*, Lex Sacerdotum: *Siphre* Commentarii in librum Numerorum & Deuteronomion, ut ſcribit R. Samuel hannagid, in מבוא הגמרא Introductione in Gemaram, quæ libro *Halichos olam* adjuncta. Similiter ſcribit Baal Aruch in ספר ſecundo; ספרא
וספרי פי׳ ספרא נקרא תורת כוהני׳ שהוא ספר
ויקרא לבדו ספרי הוא וישלחו שהן שני חומשין
hoc eſt, ספרא & ספרי: *Siphra* vocatur *Toras cohanim*, Liber nempe Levitici ſolus: *Siphre* eſt וישלחו, duo ſcil. libri Pentateuchi. *Exiſtimo autem hunc locum eſſe corruptum: neſcio enim quid ſibi velint hæ duæ voces* והוא וישלחו *ſenſus tamen videtur liquere. An fortè ut primus* ספרא *vocatur etiam* תורת כהנים, *ſic alter* ספרי *etiam vocatur* וישלחו? *Quibus librorum illorum copia eſt, ſententiam ferre poterunt.* Mentio horum duorum librorum fit in Talmud Kidduſchin cap. 2. fol. 49. col. 2. ad quem locum R. Sa-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

lomonis gloſſa eſt; ספרא וספרי הן הלכות של מדרש של ספר ויקרא *Siphra & Siphre* ſunt commentationes allegoricæ libri Levitici. Author *Siphre* ſtatuitur R. Schimeon ben Jochai, unde in Juchaſin fol. 36. ſcribitur, סתם ספרא ר״ל תורת כוהנים רבי יהודה סתם ספרי רבי שמעון Abſolutè *Siphra*, id eſt, *Toras cohanim*; intelligitur R. Jehuda: abſolutè per *Siphre*, intelligitur R. Schimeon ben Jochaj. In libro הליכות עולם fol. 6. author ſtatuitur R. Jiſchmaël, diſcipulus R. Jehudah ſancti. Quicquid ſit, à diſcipulis iſtius Rabbi Judæ uterque provenit 220. annis circiter poſt Chriſtum. Impreſſi ſunt Venetiis in fol.

ע

עבודת הלוי *Avódas hallévi*, Miniſterium Levi. Explicatio 613. præceptorum Moſaicorum. Author fertur eſſe הרמ״בן.

עבודת הקדש *Avódas hakkódeſch*, Miniſterium ſanctum. Author ejus רשב״א / qui vixit Anno 1280. & complures libros ſcripſit. Eſt & *alius* liber ejuſdem nominis, impreſſus Cracoviæ, Anno 337. id eſt, Chriſti 1577. in folio min. & Mantuæ Anno 305. in 4°. Diſtinguitur in quatuor partes, de Deo ejuſque Unitate: 2. de cultu Dei: 3. de fine hominis

hominis totiuſque creationis: 4. de ſecretis legis Divinæ. Amicus quidam ad me ſcribit; ſe multa & notatu digna de Trinitatis myſterio in eo inveniſſe, & authorem præferre, הרב האלהי כמה״רר מאיר ז׳ נבאי זלה״ה.

עיבור *Ibbur*, vel, *Sepher haíbbur*, Liber intercalationis. Author ר׳ אברהם הנשיא R. Abraham princeps, Aſtronomus inſignis. Eſt & *alius* ejuſdem argumenti עיבור שנים *Ibbur ſchanim*, Intercalatio annorum.

עברונות *Evrónos*, Intercalationum liber. De ſolſtitiis, æquinoctiis, de lunæ motu, & menſibus, & totius Calendarii ratione agit. Impreſſus Rivæ de Triento, Anno ש״כא 321. Chriſti 1561. in 4°.

עגלות רעיונות. Liber quem compoſuit Iſmaëlita quidam, continens reſponſionem ad quæſtiones ſeptem Philoſophicas ab amico ei propoſitas. Extat Arabicè & Hebraicè.

עדן גן אלהים *Eden gan elohim*, Eden hortus Dei. Cabaliſticus, cujus author ר״מבן.

עזר *Eſer*, vel, *Sepher haéſer*. Liber auxilii. Author R. Meir de Trinketalia.

עזר האמונה *Eſer haemúnah*, Auxilium fidei: author R. Moſes ſacerdos ex Torſilia. Floruit anno Chriſti 1375.

עט סופר *Et ſópher*, Stylus ſcribæ (*ex Pſalm.* 45. *verſ.* 2.) Libri Grammatici nomen, cujus author R. David Kimchi. Meminit ejus Elias in fine libri Maſóret.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

עיטור *Ittur*, vulgò *Baal Ittur*, Author libri Ittur. Compoſuit eum R. Iſaac bar Abba Marſilius, Anno Chriſti 1182. Juchaſin fol. 132. 1. Scripſit & alium, qui vocatur עיטור סופרים Coronatio ſcribarum.

עטרת זקנים *Atéres ſekenim*, Corona ſenum (*ex Prov.* 17. 6.) Commentarius eſt ſuper illum locum: *Ecce ego mitto angelum meum coram te, &c.* Exod. 23. ℣ſ. 20. Author Don Iſaac Abarbinel. Impreſſus Savionetæ, Anno 317. Chriſti 1557. in 4°.

עיון *Ijun*, vel, *Sepher haijun*. Liber contemplationis. Cabaliſticus eſt, cujus meminit Reuchlinus lib. 1. Cabalæ. Author ר׳ עמאי R. Ammai. In fine libri Jezirah attribuitur R. Bechai.

עין הקורא *En hakkóreh*, Oculus lectoris (*ex Judic.* 15. 19.) Liber Grammaticus eſt, quem laudat Elias in fine libri ſui Maſoreth, inter Abbreviaturas, in יה״בי / ubi vide. An impreſſus ſit, neſcio: manuſcriptum habeo.

עין יעקב *En Jaacob*, Oculus Jacobi, vel, עין ישראל *En Iſraël*, Oculus Iſraëlis. Liber celebris eſt, cujus altera pars בית יעקב *Bes Jaacob*, Domus Jacobi. Complectitur hiſtorias Talmudicas jucundiores, cum duplici Commentario. Venetiis in fol. apud Marcum Antonium Juſtinianum, Anno ש״ז 307. Chriſti 1547. quæ editio elegans. Deinde auctior rebus & notis, in urbe פרוסטיץ Pro-

Proſtitz, quæ in Auſtria vel finibus Moraviæ, ut puto, ſita.

עיני משה *Ene Moſche*, Oculi Moſis. Commentarius in librum Ruth. Author R. Moſche Alſchich, Venet. apud Joh. de Gara in 4°.

עיני העדה *Ene haédah*, Oculi cœtus. Author R. Jochanan Alleman. Eſt autem Commentarius in Legem.

עיר גבורים *Ir gibborim*, Civitas fortium (*ex Prov.* 21. 22.) Homiliæ ſunt ſuper Legem. Author R. Ephrajim, caput Synagogæ Lemburgenſis, Baſileæ, Anno 1580.

עיר דוד *Ir David*, Urbs Davidis. Commentarius in Legem: Author R. David Provincialis. Meminit ejus R. Aſarias in מאור עינים fol. 151. 1.

עולת יצחק *Olas Jitzchak*, Holocauſtum Iſaaci. Liber novus deciſionum Juridicarum. Pragæ, Anno 368. Chriſti 1608. in 4°.

עולת שבת *Olas Schabbas*, Holocauſtum Sabbathi (*ex Num.* 28. 10.) Commentarius in Pentateuchum: author ejus fertur eſſe ר׳ בן שועיב. Conſtantinopol.

עולת תמיד *Olas Tamid*, Holocauſtum juge. Commentarius eſt in totam legem פילוסופיי Philoſophicus. Venetiis in fol. An. 286. Chriſti 1526. Author R. Moſche אלבילדה Albilda.

עמודי גולה *Ammúde gólah*, Columnæ exilii.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Eſt liber præceptorum parvus, unde vulgò appellatur סמ״ק/ id eſt, ספר מצות קטן *Sepher mitzvos káton.* Author ר׳ יצחק בר יוסף מקורבייל Rabbi Jizchak filius R. Joſeph Corbelenſis. Impreſſus primùm Cremonæ in Italia, & poſtea Cracoviæ Anno 1596. Additæ ſunt Concordantiæ Biblicæ, Talmudicæ, ex Arba turim, ex Rambam, ex R. Moſche Mikkotzi: item Notæ & explicationes variæ. Obiit Anno Chriſti 1270.

עמודי שלמה *Ammude Schlómoh*, Columnæ Salomonis. Commentarius eſt in librum Præceptorum magnum: Author R. Salomon Luria.

עמק ברכה *Emek beráchah*, Vallis benedictionis (*titulus ex 2 Chron.* 20. 26.) Cracoviæ in 4°.

עמוקי הלכה *Amúke halachah*, Profunditates halachæ. Explicatio halacharum difficiliorum in Talmud.

עסיס רמונים *Aſis rimmonim.* Expreſſus ſuccus malogranatorum (*titulus ex Cantic.* 8. 2.) Compendium libri Cabaliſtici *Pardes rimmónim*, utile pro incipientibus in Cabala. Author ר׳ מנחם עזריה מפאנו *R. Menachem Aſarias Mippano*, Mantuæ, Anno 1623. in 4°.

עץ חיים *Etz Chajim*, Lignum vitæ. Explicantur in eo omnes quæſtiones de revivificatione mortuorum: Author R. Gedalja.

עקדת יצחק *Akédas Jitzchak*, Ligatio Iſaaci. Com-

Commentarius in Legem & quinque libellos, Philoſophico-Theologicus, refutans Ariſtotelem de mundi æternitate, & in multis aliis quæſtionibus. Plurima quoque ex libris Ethicorum adducit. Liber excellens, & multiplicis doctrinæ. Author ר׳ יצחק בן עראמה R. Iſaac ben Aramah, Anno 1490. cujus nepos poſtea ſcripſit Peruſch in Jeſajam & Jeremiam, quem adduximus in litera א. In quibusdam libris ſcribitur ערמאה Armáa. Liber excuſus primùm Venetiis, apud Johannem de Gara, An. ש״לג 333. Chriſti 1573.

עקרים *Ikkárim*, Liber fundamentorum, ſcil. fidei. Liber admodum celebris eſt, fundamenta Religionis Judaicæ tractans, & Chriſtianos ſæpè refutans. Author ר׳ יוסף אלבו R. Joſeph Albo, Hiſpanus, Philoſophus divinus, ut eum vocant, qui floruit Anno 1425. Excuſus primò Venetiis apud Bombergum, Anno 281. id eſt, 1521. in 4°. poſtremò Lublini in Polonia, Anno שנז 357. Chriſti 1597.

ערוגת הבשם *Arúgas habboſem*, Area aromatica (*ex Cantic.* 6. 2.) Author R. Moſes Aben-Eſra, qui obiit Anno 1080. Eſt & alius ejus nominis Liber Grammaticus, cujus Author R. Samuel Arcuvolto, impreſſus Venetiis apud Johan. de Gara, Anno 362. id eſt, 1602. in 4°.

ערוך *Áruch.* Lexicon Talmudicum & Chal-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Chaldaicum. Author R. Nathan, qui florere cœpit Anno Chriſti 1050. & obiit Romæ Anno 1106. Diſcipulus fuit R. Moſis Haddarſchan, Narbonenſis. Impreſſum in Italia, & ultimò Baſileæ, ſed Judæorum ſumptibus.

ערוך הקצור *Aruch hakkázur*, Aruch breve. Majoris Aruch compendium eſt, ſed Author ejus ſæpè meliores explicationes affert, quàm in majori ſunt, ſæpè etiam Germanicè interpretatur. Authoris nomen non appoſitum, ſed apparet, Germanum fuiſſe. Impreſſus primùm Conſtantinopoli, deinde Cracoviæ, Anno שנ״ב 352. Chriſti 1592. Liber pro incipientibus multò utilior, quàm Aruch magnum.

עשר ספירות *Eſer ſephiros*, vel, פירוש עשר ספירות Decem numerationes Cabaliſticæ. Explicatio decem numerationum (ut vocant) quibus Cabaliſtæ maximam ſuæ doctrinæ partem comprehendunt. Plurima de his ſcripſerunt, & plures extant hujuſmodi libri. Reuchlinus Authorem hujus vocat R. Tedacum Levi.

ספר העשירה Similis liber Cabaliſticus, cujus Author R. Bechai.

עשרת דברות *Aſéres devâros*, vel, *hammaamâros*, Decem verba ſive præcepta. Author Rabbi Iſaac bar Abba, Marſilius. Eſt & alius ejuſdem tituli Cabaliſticus, alterius Autho-

thoris. Eſt etiam פי׳ על י׳ הדברות Explicatio decem præceptorum, impreſſa Cremonæ in 4°.

עתים *Ittim*, vel, *Sepher haittim*, Liber de Temporibus. Author ר׳ יהודה בר ברז״לי, qui ſimpliciter apud Authores vocatur אלברז״לוני Albarſelonius. Liber Aſtronomicus, ut apparet, Temporum diſcrimina computans ratione motuum cœleſtium.

פ

פאה *Peah*, Liber anguli. Author R. Moſes Ab. Tibbon.

פחד יצחק *Pachad Jitzchak*, Pavor Iſaaci (*titulus ex Geneſ.* 31.42.) Author R. Iſaac caput Synagogæ Pragenſis, ubi floruit Anno 1584. & aliquot librorum Author eſt. Lublini in 4°.

פטירת אהרן *Petiras Aharon*, Diſceſſus, Obitus Aharonis. Excuſus Venetiis apud Bombergum in 8°.

ספר הפליאה Cabaliſticus liber, qui à nonnullis attribuitur etiam Kannæ, Cabaliſtæ illi celebri.

פלח הרמון *Pelach harimmon*, Fragmentum malogranati. Liber Cabaliſticus ex R. Moſche Carduero deſumptus. Author R. Immanuel ברעץ באיטלי״א Venet. in 8°. An. 353. Chriſti 1593.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

פני יצחק *Pene Jitzchak*. Facies Iſaaci. Author idem qui præcedentis פחד יצחק.

ספר פנינים *Sepher peninim*, vel, רב פנינים *Rof peninim*. Copia Carbunculorum (*ex Proverb.* 20. 15.) Expoſitio Proverbiorum Salomonis, Authore Moſche Elſchich. Venetiis apud Johannem de Gara in 4°.

פסקים *Peſákim*, ſive פסקי הרא״ש *Píske haroſch*, id eſt, Deciſiones R. Aſcher, Juriſconſulti celeberrimi, quæ ſingulis libris Talmudicis ſubjectæ ſunt.

פסקי ר״יש דמודינא *Piske R. Schimeon de Modena*, Deciſiones R. Simeonis de Modena.

פסקי הלכות רבינו מנחם מריקנטי *Piske haláchos Rabbénu Menachem merikanati*, Deciſiones juris Rabbenu Menachem de Rikanat, ſive Ricinenſis.

פסיקתא *Peſikta.* Commentarius antiquus in Legem aut Leviticum tantùm: item פסיקתא זוטרתא *Peſikta ſotárta*, Peſikta minus, conſcriptus, Anno 1104. Impreſſus Venetiis in fol. Vide Schalſcheleth fol. 33.2.

פרדס רמונים *Pardes rimmónim*, Paradiſus ſive hortus malogranatorum (*ex Cantic.* 4.13.) Liber Cabaliſticus celeberrimus. Author Rabbi Moſes Corduarius. Impreſſus Saloneci in 4°. & Cracoviæ, Anno 352. In Juchaſin fol. 164. 1. ſcribitur; Fuerunt R. Salomoni Jarchi duo celebres diſcipuli, unus R. Samuel מבונעירנוק / qui fecit librum פרדס *Par-*

des: alter R. Schimeon, qui fecit librum לקט *Leket* collectionis.

פרח שושן *Perach ſchuſchan*, Flos lilii (*ex* 1 *Reg.* 7. 27.) Author R. Moſes ben Chaſiſ. Grammaticus videtur, & citatur ſæpè à R. Abrahamo Balmeſio.

פרקי אבות *Pirke avos*, Capitula Patrum. Continet Apopthegmata, moralia & alia piè dicta patrum Eccleſiæ Judaicæ, quæ colligit ר׳ נתן הבבלי *R. Naſan habbáveli*, R. Nathan Babylonius, qui vixit circa Annum Chriſti 130. Inſertus eſt liber corpori Talmudico. Separatim excuſus Iſnæ, & explicatus à Paulo Fagio, recenter etiam à Johanne Druſio, ut & alibi dictum. Vide & ſuprà נחלת אבות.

פרקי אליהו *Pirke Eliáhu*, Capitula Eliæ: Libelli Grammaticales Eliæ Levitæ ſunt. Capitulum primum eſt פרק השירה *Perek haſchira*, Capitulum cantici, quia per varia genera carminum rem grammaticam tractat, de literis, de vocalibus, de matribus lectionis יוא: de literis quieſcentibus יהוא: de Chatephkametz & Kametzchatuph: de Chatephſægol & Chatephpatach earumque differentia. Capitulum ſecundum dicitur, פרק המינים *Perek hamminim*, *Capitulum ſpecierum*, in quo explicat tredecim ſpecies Nominum. Capitulum tertium, פרק המדות *Perek hammiddos*, *Caput proprietatum*, de genere & numero

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

פירוש על תרגום יונתן ותרגום ירושלמי *Peruſch al Targum Jonathan vetargum Jeruſchalmi*, Commentarius brevis ſuper Targum Jonathanis, & Targum Hieroſolymitanum in V. libros Moſis, Targum item ſecundum libelli Eſther. Impreſſus Pragæ Anno 369. Chriſti 1609.

פורת יוסף *Poras Joſeph*, Ramus fœcundus Joſephi. Author R. Joſeph Samiga.

פתח דברי *Pétach devarái*, Initium verborum meorum. Grammaticus eſt, & primò excuſus in Hiſpania, tum Venetiis, apud Danielem Bombergum, cum tribus aliis opuſculis Grammaticis, Anno 306. id eſt, 1546. in 8°.

פתח תקוה *Pétach tíkvah*, Oſtium ſpei. Vide ſuprà אגרת תימן.

פתרון חלומות *Pitron chalómos*, Liber de Interpretatione ſomniorum, collectus ex Talmud, Zohar, & aliis Authoribus, Joſepho juſto, Daniele, Rabbenu Haj Gaon, & Ethnicis ſcriptoribus. Author ר׳ שלמה אלמולי. Impreſſus ſecundò Conſtantinopoli, & tertiò Cracoviæ in 8°. ſub rege Stephano. Rabbenu Hai *Interpretatio ſomniorum* edita eſt Venetiis in 8°.

mero Nominum, eorumque differentiis. Capitulum quartum פרק השמושים *Perek haſchimmuſchim*, *Caput Miniſteriorum*, ubi miniſteria literarum ſervilium explicantur. Omnia Latinè reddita per Munſterum, & excuſa Baſileæ apud Frobenium.

פרקי אליעזר *Pirke R. Elieſer*, Capitula R. Elieſaris. Vocatur à Rabbinis ר׳ אליעזר גדול R. Elieſer magnus Hircani filius. Vixit paulò poſt Templum ſecundum, & Rabban Gamalielis ſecundi (de quo vide in Abbreviaturis ſub initium literæ ר) ſororem pro uxore habuit. Eſt autem liber complectens hiſtoriam mundi uſque ad iſta tempora Gamalielis ſecundi, unde colligunt, hunc Elieſarem, qui eo tempore vixit, hujus libri quoque Authorem eſſe. Sunt tamen qui aliter ſentiant, ut dixi in abbreviatura רש״בי. Liber celebris eſt. Venetiis impreſſus, Anno Chriſti 1544. in 4°.

פרקי התשובה *Pirke hatteſchúvah*, Capita pœnitentiæ. De præſtantia & utilitate pœnitentiæ.

פירוש *Peruſch*, Commentarius. Multi libri hoc nomen in fronte gerunt, quos hoc tempore omnes perſequi non lubet.

פירוש אלשיך *Peruſch Alſchich*, Commentarius Alſchechi in univerſa Biblia, Venet in 4°.

פירוש איוב *Peruſch Ijob*. Commentarius in Jobum R. Iſaac ben Arama.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

צ

צאנה וראינה *Zeéna urcéna* (quod Judæi pronunciant *Zennorenna*, Exite & ſpectate (*titulus ex Cantic.* 3. 11.) Liber Hebræo-Germanicus recens, Commentarius in Legem. Cracoviæ in fol.

צדה לדרך *Tzédah laddérech*, Viaticum pro via. Liber Juridicus & ritualis, in quo etiam quædam Medicinalia reperiuntur. Author R. Menachem Aben Serach, Gallus, qui obiit Anno 1375. Compoſuit eum in gratiam Don Samuelis Abarbenelis, Juchaſin fol. 133. 2. Sæpè citatur ab hiſtoricis.

צדק עולמים *Tzédek olamim*, Juſtitia æterna. Liber eſt complectens tres ſermones: primus, de mundo hoc corruptibili: ſecundus, de mundo animarum, Paradiſo & inferno: tertius, de reſuſcitatione mortuorum, & extremo judicio. Author Abarbinel. Hic liber periit, ut ipſemet conqueritur cap. 4. libri נחלת אבות. Vide Præfationem libri מעייני הישועה.

צורת הארץ *Tzuras haáres*, Figura terræ. Sphæra mundi eſt, deſcribens figuram terræ, diſpoſitionem orbium cœleſtium & motum ſtellarum. Author, ר׳ אברהם ב״ר חייא הספרדי R. Abraham, filius Rabbi Hajæ, Hiſpanus. Latinè reddita per Oſwaldum Schreckenfuchſium, & notis illuſtrata à Sebaſtia-

baſtiano Munſtero, Baſil. apud Henricum Petri, Anno 1546.

צורת בית המקדש *Tzúras bes hammikdaſch*, Figura vel Forma domus ſanctuarii, tertii ſcil. quod deſcribitur à Propheta Ezechiele. Pragæ in 4°.

צורת העולם *Tzuras haólam*, Figura mundi, Aſtronomicus. Author R. Iſaac ben Lattaph, inſignis Philoſophus.

צח שפתים *Tzach ſephatajim*, Nitor labiorum. Citat Elias in Præfatione tertia Maſoreth.

צחות *Tzáchus*, vel, ספר צחות *Sepher tzáchus*, Liber elegantiarum. Liber Grammaticus, de ſermone benè informando. Author R. Abraham filius R. Meir Hiſpanus, qui cognominatur Ben Eſra. Venetiis in 8°. cum tribus aliis Grammaticis opuſculis, Anno 306. id eſt, 1546. apud Danielem Bombergum.

ציוני על התורה *Tzijoni al hattorah*, Tzijonius ſuper Legem. Explicatio Pentateuchi Cabaliſtica. Author R. Menachem Tzijonius. Cremonæ, Anno 320. Chriſti 1560. in 4°.

צמח דוד *Tzemach David*, Germen Davidis. Liber Chronologicus & Hiſtoricus, ab initio mundi usque ad Annum Chriſti 1592. Author David Gans. Pragæ, Anno 1592. in 4°. Deinde vocavit etiam David de Pomis Lexicon ſuum Hebraicum, צמח דוד/ impreſſum

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

preſſum Venetiis, apud Johannem de Gara, Anno 1587.

צניף מלוכה *Tzeniph melúchah*, Cidaris regia (*titulus ex Jeſa.* 62. 3.) Liber Cabaliſticus, quem compoſuit R. Jacob ben R. Meir, ex Provincia גיאן / Fil. ſenis R. Niſſim.

צפוני ראקאנטי *Tzephune Rácanati*, Recondita Rakanati. Cabaliſticus M. S.

צרי היגון *Tzeri hajagon*, Opobalſamum laſſitudinis. Liber conſolatorius contra moleſtias, ærumnas & calamitates temporis. Cremonæ, in 4°.

צרור החיים *Tzeror hachajim*, Faſciculus vitæ.

צרור הכסף *Tzeror hakkéſeph*, Faſciculus argenti. Author utriusque R. Chajim, diſcipulus הרשבא / de quo ſæpius. Meminit Juchaſin fol. 133.

צרור המור *Tzeror hammor*, Faſciculus myrrhæ (*titulus ex Cantic.* 1. 13.) Commentarius in Legem celebris. Author R. Abraham Hiſpanus, qui floruit circa Annum Chriſti 1510. vulgò dictus אברהם סבע Abraham Seba. Venetiis apud Danielem Bombergum, Anno 1513. in folio.

ק

ק

קב ונקי *Kaf venaki*, Nomen Authoris, qui ſuccincta ſcripſit Commentaria in Proverbia Salomonis & Pſalmos.

קבלה *Kabbálah*, vel, *Sepher kabbálah*, Liber Kabalæ. Liber Chronologicus & Hiſtoricus, ab initio mundi, usque ad annum Chriſti 1161. quo librum abſolvit. Author, ר׳ אברהם בר דיאור Rabbi Abraham bar Dior. Quidam appellant eum R. Abraham bar David, quos errare dicit Author Tzemach. Nam David ille alius fuit, & ſcripſit Novellas quasdam expoſitiones in Talmud, & השגות Animadverſiones in Majemonem, & librum בעלי נפש *Baale nepheſch*, Anno Chriſti 1195. & deinceps. Impreſſus Venetiis apud Marcum Antonium Juſtinianum, Anno 305. Chriſti 1545. in 4°.

קהלת יעקב *Kehillas Jaakof*, Cœtus Jacobi, (*titulus ex Deuter.* 33. 4.) Citatur in Caphtor fol. 175. Author R. Moſes Galante.

קול אלהים *Kol Elohim*, Vox Dei. Vide ſuprà in מאור עינים.

קול בוכים *Kol bóchim*, Vox flentium (*titulus ex Jobi* 30. 31.) Commentarius eſt in Threnos Jeremiæ. Author R. Moſes Alſchich, cujus plures libri commemorati. Venet. in 4°.

קול הקורא *Kol hakkore*, Vox clamantis vel

 legen-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

legentis. Libellus parvus eſt, continens regulas de ratione lectionis & punctationis; ex Eliæ Cantico in libro Bachur. Author R. Joſeph bar Elchanan. Cracoviæ in 8°.

קול יהודה Vide ſuprà in כוזרי.

קול ײ בכוח *Kol adonaj baccóach*, Vox Domini cum robore, (*ex Pſalm.* 29. 4.) Liber Cabaliſticus, cujus Author Rabbenu Haj Gaon.

קול מבשר *Kol mevaſſer*, Vox Evangelizantis, Prædicantis.

ספר הקומה *Sepher hakkómah*, Liber ſtaturæ. Liber Cabaliſticus MS.

ספר הקמיצה *Sepher hakkemizah.* Liber itidem Cabaliſticus Rabbenu Haj Gaon.

קנה בינה *Kenéh binah*, Compara ſcientiam, (*ex Proverb.* 4. 5.) Liber Cabaliſticus antiquus, qui ante hæc tempora lucem non vidit. Citatur in libris *Avódas kódeſch*, qui ante trecentos annos ſcriptus, *Toláas Jaacob*, *Pardes rimmónim.* Author קנה אבן גדור Kánna filius Gadur, de ſtirpe & familia R. Nechonja ben Hakkana, qui eſt Author libri *Bahir*, de quo ſuprà in litera ב. Hic fortaſſe eſt ille ספר הקנה liber Kanæ, quem R. Gedalja aliique citant, & attribuunt patri R. Nechonjæ, ut ibidem citavimus. Mihi, dum hunc ipſum Catalogum ſcriberem, à Judæo quodam fuit donatus, ſed præ feſtinatione præli non licuit accuratiùs perluſtrare. Excuſus Pragæ Anno 1610. in 4°.

קנינים

קנינים *Kinjánim*, vel, *Sepher hakkinjánim*, Liber poſſeſſionum. Author R. Moſche Aben Tybbon, qui Euclidem ex Arabico in Hebræum tranſtulit, Monſpeſſuli in Gallia.

קערת כסף *Kaaras keſeph*. Scutella argentea. Libellus parvus, continens ſententias morales ad virtutem & pietatem: Author ר' יוסף האזובי R. Joſeph Hyſſopeus. Editus Pariſiis cum interpretatione Latina Joh. Merceri, Anno 1559. in 8°.

קופת הרוכלים *Kuppas haróchelim*, Arca aromatariorum. Author R. Iſaac Cordubenſis, Hiſpanus, qui obiit Anno 1094.

קיצור זוהר *Kizzur Sohar*, Compendium libri Sohar.

קצורי אבן רשד *Kizure Aben Reſched*, Compendia Aben Reſched, octo librorum Ariſtotelis de Auditu naturali. Impreſſ. Rivæ de Triento, Anno 320. Chriſti 1560. in 8°. Ita habuimus ſuprà ejus Compendium Organi Logici Ariſtotelici.

קיצור אברבנל על פרקי אבות *Kizzur Abarbinel al pirke ávos*, Compendium Commentarii Abarbinelis ſuper Pirke avos (de quo libro antè dictùm) item ſuper hiſtoriam agni paſchalis, Authore Jaacob bar Eliakim Heilpron. Lublini in Polonia, Anno Chriſti 1604.

קרית ארבע *Kirjas arba*, Civitas quadripartita, (nomen proprium Geneſ. 23. 2. &

i 2 Ne-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Nehem. 11. 25) Liber magnus eſt, Authore R. Iſaac Pragenſe.

קרית חנה *Kirjas Chana*, Civitas Chanæ (*ex Jeſa.* 29. 1.) Commentarius in Pirke avos, ſive Capitula patrum. Author Elchanan ben Bezaleel אורי ליפמן. Pragæ Anno 372. Chriſti 1612. in 4°.

קרית ספר *Kirjas Sepher*, Civitas libraria. ספר דרשות id eſt, Liber homiliarum & concionum. Author R. Moſche דטרני Detrana ex Apulia.

קרית עוז *Kirjas os*, Civitas roboris. Author R. Binjamin. Mentio hujus fit in titulo libri שערי עץ חיים.

ר

ראש אמנה *Roſch amanah*, Caput fidei (*titulus ex Cant.* 4. 8.) Explicantur in eo præcipui fidei articuli. Author Don Iſaac Abarbinel. Venetiis apud Marcum Antonium Juſtinianum, Anno 305. Chriſti 1545. in 4°. Habemus etiam Interpretationem Latinam hujus libri ſed nondum impreſſam.

ראשית דעת *Reſchis daas*, Principium ſcientiæ. Sunt דרשות Homiliæ ſuper Legem, R. Moſis Albelda.

ראשית חכמה *Reſchis chochmah.* Principium ſapientiæ. Hic liber duplex eſt, הארוך והקצור Major & minor, ſeu, Prolixus & abbreviatus. Majoris Author eſt אליה די ויראש Elias de Vidas, Diſcipulus R. Moſis Corduarii, & impreſſus eſt Cracoviæ Anno 353. in 4°. Compendium inde factum, Authore כמה"ררי' פו"יטו quod impreſſum Baſileæ Anno 1603. in 8°. Continet locos communes Theologicos, quibus multa Philoſophica, Ethica, & Phyſica aſperguntur, quandoque etiam Cabaliſtica. Extat & aliud adhuc brevius ejus compendium, quod vide infrà in תוצאות חיים. *Deinde* reperitur etiam liber quidam manuſcriptus, *Reſchis chochmah*, agens בחכונה המשפטיית de Aſtrologia judiciaria, cujus Author R. Abraham Aben Eſra.

רבות *Rabbos.* Vide בראשית רבה. Opus excuſum Theſſalonicæ, Venetiis, & Cracoviæ.

רוח חן *Ruach chen*, Spiritus gratiæ. Phyſica Hebræa R. Aben Tybbon, Latinè reddita per Johannem Iſaacum Levitam, Coloniæ per Maternum Cholinum, Anno 1555. Adjuncta eſt Epiſtola Hebraica Majemonidis ad Maſſaliotas, de Aſtrologia, Latinè reddita per eundem Iſaacum. Invenio etiam in Catalogis nonnullis Hebraicis, רוח חן *Ruach chen*, impreſſ. Cremonæ & Pragæ, in 4°. Neſcio an idem ille ſit, an alius.

רומות אל *Rumos el*, vel רוממות אל *Romemos el*, Exaltationes Dei (*ex Pſal.* 149. 6.)

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Commentarius in Pſalmos, Authore R. Moſche Alſchich. Venet. apud Johannem de Gara in 4°.

רזיאל *Raſiel.* Liber duplex eſt, minor & major. Uterque Cabaliſticus & Magicus, *Continens nomina Angelorum & ſpirituum variorum, ac docens, quomodo tam boni quàm mali ſint conciliandi, quomodo cum ſole & luna loquendum, quomodo morbi procreandi, iidemque iterum curandi, civitates evertendæ, terræmotus excitandi. Monſtrat etiam vires herbarum, gemmarum, piſcium, avium, quadrupedum, lignorum, florum: continet artem vaticinandi, & ex aſtris prædicendi: videndum exhibet baculum Moſis characteribus inſignitum, quorum virtute ſigna & miracula ediderit, item characterum concurſum, quem Magi Almandel Salomonis vocant, de quibus inter alia hæc expreſſe habet; ſi ſcripſeris Almandel Salomonis, &c. Mira poteris experiri de mira incarnatione Meſſiæ, de qua ſi ſæpius interrogationem inſtitueris, gratus & acceptus eris ſuperis ac inferis. Notatu dignum etiam eſt, quòd Nomina Divina Jah,* יהוה, *Adonaj, plerunque ter in incantationibus repetantur.* Hæc de hoc libro ad me perſcripſit olim Vir Doctiſſimus D. Daniel Swenter, Profeſſor Altorfienſis, qui utrumque habet. Meminit etiam Galatinus libro 1. Cabalæ, ubi ſcribit: *Nolo addere librum Salomonis ſub nomine Razielis inſcriptum, quia eſt fictio Magica.* Mentionem etiam facit libri רזיאל Aben Eſra, Exod. 14. ad ver-

ſum 19. 20. 21. qui ſinguli conſtant 72. literis, ad quas etiam Cabaliſticè aſcendit nomen Tetragrammaton יהוה. Hac occaſione ſcribit; ובספר רזיאל הרוצה לעשות שאלת חלום יקרא בתחלת הלילה פסוק ויהי בשלשים שנה הוא ע"ב אותיות. Sic incipit verſus primus Ezechielis, ſed habet 74. literas, ſi rectè numerarim. Porrò Raſielem fingunt Cabaliſtæ fuiſſe præceptorem Adami.

ר"לבג *Ralbag*, R. Levi ben Gerſon Commentarius celebris in Legem. Venetiis apud Danielem Bombergum, Anno 307. Chriſti 1547. in fol.

ר"מבן *Ramban*, id eſt, R. Moſis ben Nachman Commentarius in Legem. Venet. apud Marcum Antonium Juſtinianum Anno 305. Chriſti 1545. in fol. ſine textu Scripturæ.

ספר הרמון *Sepher harimmon.* Liber Cabaliſticus, cujus Author etiam fertur רמ"בן.

רנת דודים *Rinas dodim*, Cantio amicorum. Commentarius in Canticum Canticorum, Authore Elia ben Lama, qui nunc eſt caput Synagogæ Hanovianæ. Impreſſus Baſileæ apud Conradum Waldkirch. in 4°. Hic Baſileam nuper tranſiens, retulit mihi, ſe conſcripſiſſe Peruſch in difficiliora loca R. Bechaj, quem propediem prælo dare cogitet.

רוקח *Rokeach*, vel, *Sepher harokeach*, Liber unguentarii, aromatarii. Author R. ר'

 אלעזר

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

אלעזר מגרמייזא/ Anno 1238. Uſus autem eſt hoc nomine in librorum ſuorum titulis, quia utrumque nomen אלעזר & רקח Gematricè continet 308. Vide Schalſcheles fol. 49, 1. & Juchaſin fol. 132. 2. Plura autem videtur ſcripſiſſe: invenio enim in Catalogis meis Judaicis, חמש מגלות הרוקח Expoſitio V. Megilloth Unguentarii: item, רוקח על התורה *Rokeach* ſuper Legem: item רקח מקנת כ״ד ספרים *Unguentarii* peculium 24. librorum Biblicorum. Sed omnia iſta habentur duntaxat manuſcripta, & ſunt זרי המציאות בינותינו rariſſima inter nos, ſcribit ad me Judæus quidam.

רקמה *Rikma*, vel, *Sepher harikmah*, Opus phrygionicum. Liber Grammaticus R. Jonæ, primi Grammatici, Ephodeo ſæpiùs laudatus. Habetur manuſcriptus Conſtantinopoli inter Judæos. Idem ſcripſit etiam ספר השרשים Librum radicum.

רקנאט *Rakanat*. Author R. Menachem Rakanatenſis, qui ſcripſit librum Rakanat, & eſt Peruſch ſuper ſecreta Legis, quæ ſcripſit Rambam. Venetiis Anno 283. Chriſti 1523. in 4°.

ש

שאלות ותשובות *Scheélos uteſchúvos*, Quæſtiones & Reſponſiones. Tales libri plurimi editi ſunt diverſis temporibus. Veluti, שאלתות דרב אחא Quæſtiones Raf Achæ, de Anno Chriſti 750. Hic liber (ſcribitur in libro Kabalæ Abrahami) reperitur adhuc hodiè in manibus noſtris incorruptus.

ש״ת אלשקאר Q. & R. Alaſchkaris.

ש״ת ר״שבא Q. & R. *Raſchba*, i. e. R. Salomonis ben Adras. Anno Chriſti 1280.

ש״ת Q. & R. Menachem Rekanatenſis, Anno 1290.

ש״ת ריב״ש Q. & R. *Rivaſch*, id eſt, R. Iſaac bar Scheſchet, Anno 1374.

ש״ת תשב״ץ Q. & R. *Taſchbatz*, id eſt, R. Simeonis bar Tzemach, Anno 1391.

ש״ת מהרי״ל Q. & R. *Maharil*, id eſt, R. Jacobi Levitæ, Anno 1427.

Q. & R. Rabbi Iſrael Germani, Anno 1460.

Q. & R. Rabbi Elia Miſrachi, id eſt, Orientalis, Anno 1490.

Q. & R. Rabbi Binjamin זאב *Seef*, id eſt, Lupi, Wolff/ Anno 1534.

Q. & R. Rabbi Meir Patavini, An. 1558.

Q. & R. Rabbi Joſeph Cracovienſis, Anno 1591.

Q. & R. ר׳ בצלאל R. Bezaleelis.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Q. & R. מהר״ש לוריא Rabbi Salomonis Luria.

Q. & R. רבי ווייל Rabbi Weil.

Q. & R. ר׳ עמנואל Rabbi Immanuel.

Q. & R. הרמ״בן Nachmanidis.

Q. & R. ר״יש דמודינא R. Simenonis de Modena.

Q. & R. Rabbi Joſeph ben Lebbi. Venet. in 4°.

Q. & R. גאלנטי Galanti, &c.

שארית יוסף *Scheeris Joſeph*, Reliquiæ Joſephi. Author R. Joſeph ben Virga. Introductio ad intelligendum Talmud, in quo ea explicantur, quæ in *Helichos olam*, & libro כריתות R. Simeonis prætermiſſa. Mantuæ, Anno שמ״חה 353. Chriſti 1593. Eſt & alius hujus nominis impreſſus Adrianopli, Anno 314 Chriſti 1554. in 4°.

שארית נפש MS. in 4°.

שבט יהודה *Schevet Jehuda*, Tribus Judæ. Liber hiſtoricus, de variis calamitatibus, martyriis, diſperſionibus, accuſationibus, ejectionibus ipſorum: item de diſputationibus aliquot in Hiſpania & Italia inter ipſos & Chriſtianos habitis: item quomodo olim princeps in Iſraele ſit electus & inauguratus: quomodo Sanctuarium olim fuerit exſtructum, & quomodo Sacerdos maximus in eo ſacra peregerit in die expiationum: quid actum fuerit, cùm agnus paſchalis offerretur,

tur, & plurima alia jucunda lectu. Hebræum exemplar excuſum in Italia: Germanicum, quod habeo, Cracoviæ, Anno ש״נא 351. Chriſti 1591.

שבילי אמונה *Schevile emunah*, Semitæ fidei. Liber phyſicus & aſtronomicus, impreſſus Rivæ de Triento. Citatur in Tzemach David, folio 44. 2.

שבילי הלקט *Schevile halleket*, Semitæ collectionis. Liber juridicus & ritualis de licitis & vetitis Venetiis.

שוחר טוב *Schochad tof*, Munus bonum. Eſt Medraſch, unde etiam vocatur *Medraſch ſchochad tof*. Dicitur eſſe מדרש שמואל & מדרש משלי. Citatur in libro Caphtor, & in Chaskuni Geneſ. 5. ad initium, & ab Abarbinele in Danielem fol. 66. 1.

שחיטות ובדיקות *Schechitos ubedikos*, Mactationes & inquiſitiones. Duo parvi libelli, in quibus ars mactandi deſcribitur, & inquirendi, an aliquid vitii animalia habeant, nécne? Hos perfectè debent tenere ipſorum mactatores, nec licet ipſis mactare, niſi priùs à Rabbino examinati, & dato teſtimonio approbati ſint. Vide Synagogam noſtram cap. 17. Venet. in 8°. & alibi.

שיח יצחק *Siach Jizchak*, Oratio Iſaaci (*reſpicitur ad Geneſ. 24. 63.*) Author R. Iſaac, caput Synagogæ Pragenſis, Pragæ in 4°.

שיר היחוד *Schir hajichud*, Canticum unitatis.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

tis. Carmen admodum excellens & ſanctum eſt, de Deo ejusque unica & ſimplici eſſentia, laudibusque ipſi Uni & Soli debitis. Compoſuit illud R. Jehuda Cháſid, Ratisbonenſis, & Commentaria addiderunt plurimi, poſt quos addidit etiam notas quasdam טב יומי / quod fictum nomen, & vocavit ſe ita R. Lipman Mülhuſinus, Author libri Nizachon. Impreſſus liber Friburgi Briſgojæ.

שכל טוב *Secheltof*, Intellectus bonus. Liber Grammaticus Authore R. Moſe Kimchi.

ספר השלחן *Sepher haſſchylchan.* Liber Cabaliſticus: Author R. Ruben Hiſpanus.

שלחן ערוך *Schylchan áruch*, Menſa inſtructa. Liber eſt ex Arba turim excerptus per Joſeph Karro, & in formam theſium & concluſionum redactus. Adjectæ ſunt novellæ gloſſæ & obſervationes de jure, ritibus, & conſuetudine horum temporum, per ר׳ משה איסרלש R. Moſen Iſerles. Cracoviæ Anno שנ״ד 354. Chriſti 1594. in fol. Recenter etiam recuſus eſt cum additionibus quibusdam, charactere minuto, Hanoviæ in 8°. Anno שפ״ז 387. Chriſti 1627.

שלחן ארבע *Schylchan arba*, Menſa quadrata. Liber in quo agitur de iis, quæ homo in menſa, & tempore cibi obſervare debet: ſub finem agitur etiam de Convivio pro juſtis præparato in ſæculo venturo. Author Rabbenu

benu Bechaj: excuſus Venetiis, Anno 306. id eſt, 1546. & Lublini in Polonia, Anno 356. Chriſti 1596. in folio. Eſt & *alius* hujus nominis, cujus Author רמ״בן Ramban Hiſpanus Maronenſis, Schalſchelet fol. 55.

שלשלת הקבלה *Schalſchéles hakkabálah*, Catena Cabalæ. Liber hiſtoricus & chronologicus eſt, ab initio mundi usque ad Authoris tempora deductus. Excuſus Venetiis apud Johannem de Gara, Anno שמ״ז 1587. & Cracoviæ, Anno שנ״ו 356. Chriſti 1596. in 4°. Author eſt ר׳ גדליה R. Gedaljah ben Jechaja, qui fol. 66. enumerat unum & viginti libros à ſe conſcriptos, quorum ultimum incepit Anno Chriſti 1588. An omnes iſti libri editi ſint, ignoro. Præcipui illorum in hoc Catalogo ſuis locis propoſiti ſunt. Videtur mirè ambitioſus homo.

שם המפורש *Schem hamphóraſch*, Nomen Dei Tetragrammaton expoſitum. Expoſitum autem eſt à Cabaliſtis per alia nomina, quæ conſtant duodecim literis, quadraginta duabus literis, & ſeptuaginta duabus literis, de quibus mira ſunt ſomnia Cabaliſtarum. Munſterus meminit ejus in præfat. ſuæ in Sphæram Hebraicam, & Maſius in Joſuam.

רבינו שמואל לירמא *Rabbénu Schmúel Lirma.* Commentarius in Pirke ávos, in 4°.

שמים חדשים *Schamájim chadáſchim*, Cœli novi. Liber de renovatione mundi, aſtruens ne-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

neceſſitatem ejus, eſtque inſtar Commentarii ſuper cap. 19. libri ſecundi More.

שמוש תהלים *Schimmuſch tehillim*, Uſus Pſalmorum. Tractatus brevis eſt, additus Pſalmis Davidis in 32°. excuſis Venetiis, Anno אשל 331. Chriſti 1571. quo declaratur uſus magis quàm ſuperſtitioſus Pſalmorum, ſi toties vel toties recitentur, aut pergameno mundo inſcripti de collo geſtentur, addito nomine Angeli ſpecialis, qui cabaliſticè ex Pſalmo exſtructus eſt, & certâ preculâ ad Angelum directâ. Veluti, Pſalmus primus, pergameno mundo inſcriptus, cum nomine Angeli אלהד *Elchad*, abortum mulierum impedit. Nomen illud deſumptum, א ex אשרי / ל ex לא כן / ח ex יצליח / ד ex דרך רשעים. Pſalmus ſecundus teſtæ inſcriptus, & in mare procelloſum projectus, ſedat omnem tempeſtatem. Pars etiam ejus pergameno inſcripta, & capiti alligata, ſedat dolores ejus. Idem faciunt verſus Pſalmi 119. à litera ש incipientes, ſi ſuper oleo olivarum devotè recitentur, & eo caput inungatur. Pſalmus 146. prodeſt, ne quis gladio vulneretur. Lutherus alicubi ſcribit, Judæum quendam voluiſſe Albertum Ducem Saxoniæ docere hujusmodi artem contra vulnera. Ille cùm miraretur, quomodo hoc fieri poſſet, cum Judæo ruri hac de re conferens, dixit: Ut certior ſim, in te prius experimentum ca-

capiam, & extracto gladio, Judæum ita læſit, ut neque per Schem hamphoraſch, neque per appenſum kaméa, id eſt, pergamenum ſacris nominibus perſcriptum, ſanari potuerit. Sic fraus fraudem cepit. Ita deinceps totum Pſalterium in magicum penè uſum tractum eſt.

שמות דברים *Schemos devarim*, Nomina rerum, id eſt, Nomenclatura Hebraica, cujus Author Elias Levita. Paulus Fagius addidit ei Vocabula Latina. Libellus excuſus Iſnæ Anno 1542.

שערי אורה *Schaáre orah*, Portæ lucis. Liber cabaliſticus valdè celebris. Author ר׳ יוסף בן גיקטיליא R. Joſeph ben Gecatilia, Caſtilienſis, civis סאלה Salemitanus, ut ſcribit Reuchlinus lib. 1. Cabalæ. Commentarium in eum ſcripſit מתתיה דלאקרט Mattatias delakart. Sine Commentario impreſſus eſt Mantuæ, Anno 321. i. e. 1561. in 4°. Cum Commentario dicto, Cracov. Anno 354. id eſt, 1594. Partem hujus libri Latinè tranſtulit Paulus Ricius, Imperat. Maximiliani Medicus, ad finem quarti libri de Cœleſti agricultura, qui extat inter Scriptores artis Cabaliſticæ, Baſileæ apud Henricum Petri excuſos.

שער הגמול *Schaár haggemul*, Porta retributionis. Author רמ״בן. Vide infrà in תורת אדם.

שערי

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

שערי דמעה *Schaare dimah*, Portæ lachrymarum. Author Rabbi Moſes אלבילדה A'bildah. Venetiis in 4°.

שערי דורא *Schaare Dura.* Portæ duræ. Liber de vetitis & licitis ciborum generibus, & vaſis ciborum. Author R. Iſaac Durenſis, quem renovavit Rabbi Salomon Luria. Impreſſus Baſileæ, apud Conradum Waldkirch. in 4°.

שערי צדק *Schaare zedek.* Portæ juſtitiæ. Liber Cabaliſticus, quem laudat Reuchlinus. Author R. Joſeph filius Carnitolis, qui claruit Anno Chriſti 1500. Impreſſus Tridenti in 4°. Liber utilis eſſe ſcribitur pro incipientibus in Cabala.

שערי ציון *Schaare Tzijon*, Portæ Tzijonis. Citatur ſæpè in שלשלת.

שער הרזים *Schaar haraſim*, Porta ſecretorum. Liber Cabaliſticus, de reconditis Pſalmi decimi-noni. Author R. Ama. Meminit ejus Galatinus lib. 1. Cabalæ.

שער השמים *Schaar haſſchamajim*, Portæ cœli. Liber Philoſophicus eſt, in quo plurima contra Ariſtotelem & alios Philoſophos diſputantur, etiam contra Rambam. Author ר' יצחק אבן לאטף R. Iſaac Aben Lataph. Eſt & *alius* liber ejuſdem hujus nominis, cujus Author R. Joſeph ben Gecatilia, & *alius* Authore R. Gerſom, Patre R. Levi.

שערי עץ חיים *Schaare ez chajim*, Portæ arbo-

boris vitæ. Sententiæ ethicæ & morales, rhythmicè conſcriptæ. Author ר' בנימין qui compoſuit librum קרית עוז. Pragæ in 4°.

שערי תשובה *Schaare teſchúvah*, Portæ pœnitentiæ. Liber ad pœnitentiam & probitatem vitæ hortans: author R. Jona Gerundenſis. Impreſſus Venetiis, Anno ד"ש 304. Chriſti 1544. & Cracoviæ in 4°.

שערי רב אלפס *Schaare Raf Alphes*, Portæ Alpheſi. Hic Alphes nepos fuit Rabbi Alphes illius magni, de quo in litera א. Floruit circa Annum 1200.

שפע טל *Schépha tal*, Abundantia roris. Liber Cabaliſticus recens & novus, clavis in librum Jetzirah, Zohar, Tikkunim, & Pardes rimmónim, qui libri fundamentum continent univerſæ Cabalæ. Author ר' שפעטל הורוויץ מפראג Rabbi Schephtel Horwitz Pragenſis. Impreſſus Hanoviæ, Anno שב"ע 372. id eſt, 1612.

שפת יתר *Sephas jéſer*, Labium excellentiæ, (*ex Proverb.* 17. 7.) Liber Grammaticus, cujus author R. Abraham Aben Eſra. Citatur ab Ephodeo capite 11. ſub finem.

שפתי כהן *Siphte cohen*, Labia Sacerdotis (*ex Malach.* 2. 7.) Continet Medraſchim in Legem.

שקל הקדש *Schekel hakkódeſch*, Siclus ſanctitatis. Eſt liber מבחר הפנינים *Miſchar happenínim*, verſibus metricis comprehenſus, autho-

k re

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

re R. Joſepho, filio R. Iſaac Kimchi, patre ſcil. R. Davidis. Manuſcriptus eſt, Conſtantinopoli dono mihi miſſus à R. Jacobo Romano.

שרש ישי *Schoreſch Jiſchai*, Radix Iſaj (*ex Jeſa.* 11. *verſ.* 10.) Expoſitio elegans libelli Ruth. Conſtantinopoli in 4°.

שורשים *Schoraſchim*, *Radices*, vel, *Sepher Schoraſchim* Liber radicum. Sic vocatur altera pars Michlol R. Davidis Kimchii, continens Lexicon vocum primitivarum, quas Hebræi Radices vocant. Editum primò Neapoli An. ר"נ 250. Chriſti 1490. Deinde Venetiis per Bombergum: demum per Marcum Antonium Juſtinianum, Anno הש"י 312. Chriſti 1522. cui editioni acceſſére Animadverſiones Eliæ, & ſignificata vocum Latina margini appoſita. Hæc editio optima.

שרשים מספרי קבלה *Schoraſchim miſſiphre kabbálah*, Radices ſive fundamenta librorum Cabaliſticorum. Citatur à Maſio in Joſuam.

שושנת עמקים *Schoſchánnas amákim*, Lilium convallium (*titulus ex Cantic.* 2. 1.) Commentarius ſuper Canticum Canticorum.

שתי ידות *Schette jádos* Duæ manus (*Exod.* 36. *verſ.* 22.) Author R. Menachem. Ex iis quæ inde citari vidi, puto eſſe Commentarium criticum vel animadverſiones in Legem. Conſtantinop. Liber recens.

ת

ת

תבנית המשכן *Tafnis hammíſchkan*, Structura Tabernaculi. Cabaliſticus. Author R. Schabbetai.

ספר התגין *Sepher hattagin*, Liber coronarum, vel, de coronis ſive apicibus, qui ſuperſcribuntur literis libri Legis, & תגין vocantur. Citatur ab Auguſtino Juſtiniano, Epiſcopo Nebienſi, Pſalmo 104. & 106. Authorem vocat R. Abrahamum Picum. Meminit ejus etiam Ephodeus in Grammatica ſua, cujus teſtimonium vide in Lexico Chaldaico & Talmudico in voce תג.

תהלה לדוד *Tehilla leDavid*, Laus Davidis (*ex Pſal.* 145. 1.) Conſtantinop. in 4°.

תהלים *Tehillim*, vel, *Tillim*, Pſalmi. Liber Pſalmorum Davidis variè editus eſt, ſed de communibus editionibus monere neceſſe non eſt. In 8°. Venetiis excudit Johannes de Gara, Anno ש"ני 360. Chriſti 1600. cum Commentariis R. Davidis Kimchii, quæ editio commoda & utilis. In 4°. Venetiis editus Hebraicè & Germanicè, cum brevibus explicationum notis Kafvenaki, & biennio antè Cracoviæ. In 24°. Venetiis apud Johan. de Gara, cui formæ Argentinenſis quædam Germanica adjungi poteſt. In 32°. Venetiis, quâ eadem formâ libelli precum Judaicarum excuſi ſunt, quos Judæi

 ſic

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

ſic conjungunt, & circumferunt peregrinantes. In folio etiam excuſus cum Kimchii Commentariis, Iſnæ, Anno 1542.

תולדות אהרן *Toledos Aharon*, Generationes Aharonis (*titulus ex Numer.* 3. 1.) Index locorum totius Sacræ Scripturæ, quæ in Talmud adducuntur, additis librorum Talmudicorum capitibus, foliis & columnis. Author R. Aharon Piſaurenſis, qui eum collegit in uſum concionatorum. Impreſſus Friburgi per Ambroſium Frobenium, cum Concordantiis Hebraicis, Anno 1581. Idem liber, ſed ſuper Pentateuchum tantùm & V. Megillos, recentiùs excuſus eſt Venetiis apud Bragadinum Anno נש"א 351. Chriſti 1591. in qua editione addita ſunt præterea loca, ubi iidem verſus explicantur in libro *Sohar*, *Akedah*, & *Ikkarim*.

תולדות יצחק *Toledos Jizchak*, Generationes Iſaaci (*ex Geneſ.* 25. 19.) Author R. Iſaac Karro, circa annum 1510. quo auctor multa loca per univerſum Pentateuchum breviter explicat, multaque dubia diſſolvit, ſcribit Andreas Maſius.

תולדות ישו *Toledos Jeſchu*, Generationes Jeſu. Liber parvus merè blaſphemus & maledicus, continens hiſtoriam Chriſti, ſed plenam manifeſtis mendaciis & calumniis. Munſterus & quidam alii, ejus mentionem faciunt. Nos ejus exemplar nacti ſumus ab amico, qui illud

aliquot

aliquot aureis Ungaricis à verpa quodam redemit. De eo fortè aliâs plura.

תוספתא *Toſiphta*, & pluraliter, תוספתות *Toſiphtos*, Additiones, ſcil. Talmudicæ. Sic omnium primò declarationes ſuas in librum Miſchnajos appellavit ר' חייא R. Chaija. Ille enim & Rabbi Uſchaja (de quo ſuprâ in בראשית רבא) fuerunt primi, qui librum iſtum publicè in Scholis explicarunt. Sequentium Doctorum commentatio in dictum librum vocata fuit ברייתא *Barajeſa*, Declaratio. Poſt abſolutum demum Talmud Babylonicum, cùm per quingentos ferè annos, partim calamitatibus publicis, partim gravibus & ambitioſis Doctorum diſſidiis, ſtudia literarum turbata fuiſſent, circa tempora R. Salomonis, fuerunt alii, qui etiam Additiones ad Talmud conſcripſerunt, quæ Rabbinis ſimiliter dicuntur תוספות Toſephos, & alterum latus Talmudici textus occupant. Inde celebres ſunt תוספות הר"אש Additiones R. Aſcher, תוספות ה"רי Additiones R. Joſeph.

תוצאות חיים *Tozeos chajim*, Egreſſus vitæ, (*titulus ex Proverb.* 4. 23.) Compendium eſt breviſſimum libri *Reſchis chochmah*. Cracoviæ in 8°.

תורת האדם *Toras haadam*, Lex hominis (*titulus ex 2 Sam.* 7. 19.) Liber docens, quomodo homo ſe gerere debeat in morbo, morte, & luctu, item de retributione hominis

poſt

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

poſt hanc vitam. Liber celebris & inſignis. Dividitur in triginta שערים portas ſive capita; 1. שער המיחוש Porta doloris (levioris:) 2. שער סכנה Porta periculi: 3. שער רפואה Porta medicinæ: 4. שער סוף Porta finis: 5. שער פטירה Porta diſceſſus ex hac vita: 6. שער קריעה Porta lacerationis (veſtimentorum ob mortem:) 7. שער מתו מוטל לפניו Porta de eo, coram quo mortuus aliquis (propinquus adhuc inſepultus) jacet: 8. שער הספד Porta planctus: 9. שער הוצאה Porta eductionis ſive elationis ad ſepulchrum: 10. שער קבורה De ſepultura: 11. שער כהנים De officio ſacerdotum: 12. שער אבל Porta luctus: 13. שער התחלה A' quo tempore luctus incipiat: 14. שער מלאכה Quamdiu in luctu ab opere ſit abſtinendum: 15. שער רחיצה Porta lotionis; quamdiu in luctu à lotione & unctione abſtinendum: 16 שער נעילת הסנדל Porta calceationis, quamdiu à calceis induendis abſtinendum: 17. שער תשמיש המטה quamdiu à concubitu abſtinendum: 18. שער דברי תורה quamdiu à lectione legis abſtinendum: 19. שער שאלת שלום quamdiu nemo ſalutandus nec reſalutandus: 20. שער עטיפת הראש quamdiu caput ſit obvelandum: 21. שער כפיית המטה quamdiu lectus non de novo cooperiendus vel ſternendus: 22. שער הנחת תפלין quamdiu tephillin non liceat induere: 23. שער תכבוסת quamdiu non

non liceat lavare veſtimenta: 24. שער תספורת quamdiu non liceat ſe tondere: 25. שער שמחה quamdiu omnia gaudia ſint interdicta: 26. שער אחוי הקרע quando lacerationem ſeu ſciſſuram iterum liceat conſuere: 27. שער שבתות וימים טובים Quomodo in ſabbathis & feſtis dieb. quis ſe gerere debeat: 28. שער שמועה וליקוט עצמות De rumore, & collectione oſſium: 29. שער אבלות ישנה De luctu antiquo, qui fiebat die nono menſis Abh. 30. שער הגמול Porta retributionis poſt hanc vitam à Deo Opt. Max. Et hæc pars eſt omnium præſtantiſſima, unde ſæpè citatur tamquam peculiaris liber. Author רמ״בן R. Moſes bar Nachman, qui cœpit libros ſuos conſcribere anno Chriſti 1210. & obiit Hieroſolymis Anno 1260. Juchaſin fol. 132. 1. Impreſſus eſt hic liber Venetiis, An. 355. Chriſti 1595. in 4°. Nuper admodum eum dono accepi à Judæo.

תורה אור *Torah or*, Lex lux: (*titulus ex Prov.* 6. 23.) Author Don Joſeph Hiſpanus. Impreſſus Boloniæ, Ferraræ, Venetiis & Lublini. Hortatur ad ſtudium Talmudicum, & dehortatur à ſtudio Philoſophiæ. Alibi invenio authorem vocari הרב אבן הפראי. Fieri poteſt, ut ſint diverſi ejusdem nominis. Andreas Maſius ſcribit de hoc libro: *Tractat de ultimo animæ theſauro, id eſt, de vita vel beata, vel infelice; de Paradiſo; de Gehenna; & de ſæculo poſt*

 mor-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

mortem venturo. Doctus ſanè libellus, in quo tamen plurimæ ſunt Judaicæ nugæ & ſuperſtitiones. Ejus author eſt R. Joſeph Davidis filius, Hiſpanus, & ſcripſit patrum noſtrorum memoriâ.

תורת הבית *Toras habbajis*, Lex domus (*titulus ex Ezech.* 43. 12.) Talmudicus eſt, deciſiones juris continens. Author רש"בא de quo ſæpiùs. Liber duplex eſt ארוך *Aruch*, Prolixus, qui impreſſus Venetiis cum duplici Commentario, Anno 368. Chriſti 1608. & קצור *Kazur*, brevis ſeu parvus, qui impreſſus Cremonæ in 4°.

תורת החטאת *Toras hachattas*, Lex peccati (*titulus ex Levit.* 6.) Liber juridicus de cibis licitis & vetitis. Author R. Moſes Iſerles, Anno 1570. Cracoviæ Anno 337. Chriſti 1577. in 4°.

תורת חסד *Toras chéſed*, Lex clementiæ vel miſericordiæ (*ex Prov.* 31. 26.) Expoſitio elegans ſuper Hagiographa & V. Megillos. Conſtantinop.

תורת כהנים *Toras cohanim*, Lex ſacerdotum. Liber antiquiſſimus & celebris, in Levitici declarationem inſtitutus. Idem & ספרא *Siphra* dicitur. Vide illic. Vocatur etiam ſimpliciter ſic liber tertius Moſis. Vide in Abbrev. ת"כ.

תורת משה *Toras Moſche*, Lex Moſis. Commentarius in Legem, authore R. Moſche Alſchich. Venet. Anno 365. id eſt, 1605. in folio.

תורת

תורת העולה *Toras haólah*, Lex holocauſti (*titulus ex Levit.* 6. 2.) Author R. Moſes Iſerles, qui & paulò antè nominatus. Agit בעניני הקבלה de rebus Cabaliſticis, & nonnihil etiam de Aſtrologicis & Philoſophicis. Impreſſus Pragæ, Anno 330. id eſt, 1570. & poſtea Baſileæ apud Frobenium.

תחלת דברי שמואל *Techillas divre Schmúel*, Principium verborum Samuelis. Expoſitio ſuper Targum Eſther. Pragæ in 4°.

תלמוד *Talmud.* Talmud aliud eſt ירושלמי *Jeruſchalmi*, ſive Hieroſolymitanum, quod collegit R. Jochanan, anno Chriſti 230. (appellatur etiam quandoque תלמודא דבני מערבא Talmud occidentalium) aliud בבלי *Baveli* ſive Babylonicum, quod colligere cœpit רב אשי Raf Aſche, anno Chriſti 367. & laboravit in eo per annos ſexaginta. Ipſi ſucceſſit מרימר Maremar, Anno 427. & tandem à רבי אבינא Rabbi Avina abſolutum anno Chriſti 500. Hieroſolymitanum excuſum eſt in Italia, & ultimò Cracoviæ, cum gloſſis marginalibus utilibus, Anno 369. Chriſti 1609. in fol. Manuſcriptum duobus magnis voluminibus, Joſephus Scaliger legavit Academiæ Leydenſi: item Compendium ejus in membranis excuſum. Babylonicum excuſum Venetiis apud Bombergum, Anno 280. id eſt, 1520. deinde Baſileæ, An. 1581. apud Frobenium, quod caſtratum per Marcum Marinum, ex-

k 5 ſectis

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

תענוג נפש *Taanug nepheſch*, Oblectatio animæ. Author R. Moſes Kimchi, Davidis frater.

תפארת ישראל *Tipheres Jiſráel*, Decor Iſraëlis (*ex Thren.* 2. 1.) Liber continens conciones & alia. Venetiis.

ספר התפוח *Sepher hattappuach*, Pomum. Eſt libellus formâ Dialogi conſcriptus, inter Ariſtotelem & diſcipulos ipſius; in quo Ariſtoteles eos informat de felicitate animæ poſt mortem, & morte non metuenda, &c. In præfatione, quam fecit Abraham Hallevi Bar Chaſdaj, dicitur eſſe compoſitus à Sapientibus Græcorum, & ex Arabicâ, in linguam Sanctam translatus. Vixit hic Abraham Hallevi tempore Majemonidis, vel paulò poſt, circa annum Chriſti 1200. Habeo antiquum exemplar in pergameno ſcriptum, ſed minutiſſimo charactere. Audio impreſſum eſſe בריווא די דטריינטו Tridenti.

תפוחי זהב *Tappuche ſahaf*, Pompa aurea. Idem liber qui ſuprà fuit יסוד שירים.

תפלה מכל השנה *Tephilla miccol haſſchánah*, Liber precum totius anni, vel, סדר תפלות *ſeder tefillos*, ordo precum, &c. Sic libri precum inſcribuntur, quibus quotidie, in ſabbatho & aliis minoribus feſtis, utuntur. Nam in שלש רגלים *ſchaloſch regalim* tribus principalibus feſtis utuntur præterea libris מחזור *Machſor*, & כליחות *Selichos*, ut ſuis locis dictum.

ſectis illis, quæ contra Chriſtum & Chriſtianos erant directa. Ante paucos annos etiam Cracoviæ editum, quæ editio à Judæis non amatur propter minorem characterem. Sunt autem in eo reſtituta, quæ in Baſilienſi exemplari expuncta.

תולעת יעקב *Tolaás Jaacob*, Vermiculus Jacobi (*ex Jeſa.* 41. 14.) Liber Cabaliſticus. Quidam ſcribit, eſſe פירוש התפלה על פי הקבלה Explicationem precum Cabaliſticam. Cracoviæ in 4°.

ספר התמונה *Sepher hattemunah*, Liber imaginis vel ſimilitudinis. Liber Cabaliſticus de figura literarum, ſed manuſcriptus, non impreſſus.

תניא *Tanja*, vel, *Sepher tanja*. Liber ritualis. Author R. Jehudah filius Binjamin, anno Chriſti 1314. Cremonæ. Anno 325. Chriſti 1565. in 4°.

תנא דבי אליהו *Tena debe Eliahu*, Traditio domus Eliæ. Venetiis in 4°.

תנחומא *Tanchuma*, Conſolatio. Eſt Medraſch ſive Commentarius vagus in quinque libros Moſis, ſatis celebris. Dicitur aliâs ילמדנו *Jelammedenu*, Docebit nos, quia frequenter eâ voce utitur, dum ex præcedentibus ſemper doctrinas certas proponit. Excuſus Conſtantinopoli Anno 288. id eſt, 1528. in fol. Poſtea in Italia, & demum Veronæ, Anno 355. id eſt, 1595. cum quibusdam additamentis.

תענוג

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Author R. Juda Barſellonius, circa annum Chriſti 1070. Sciendum, Judæos primò numeraſſe annos ſuos ab exitu ex Ægypto, deinde à regibus, tertiò ab Alexandro Macedone. Is cum egreſſus eſſet ad vaſtandam urbem Hieroſolymam, Schimeon juſtus ſacerdos magnus (non ille qui Chriſtum excepit) habitu ſancto ſacerdotali ipſi cum aliis ſacerdotibus obviam proceſſit. Rex, ſomno antea monitus, & majeſtate ſacrâ Schimeonis obſtupefactus, ab equo deſcendit, Schimeonem amiciſſimè & clementiſſimè excipit, ac fœdus pacis cum ipſo init. Urbem cum Schimeone ingreſſus, & Templi ſplendorem admiratus, Deo Iſraëlis benedixit. Petiit mox in ſui memoriam imaginem ſculptam erigi. Sacerdos ſummus id abnuens, quòd Legi Moſis eſſet contrarium; Hoc, inquit, in tui memoriam faciemus, ut omnes filii ſacerdotum, qui hoc anno naſcentur, de tuo nomine Alexandri vocentur. Hoc cùm Regi placeret, datâ magnâ ſummâ auri ad uſum Templi, exivit. Factum hoc trecentis duodecim plus minus annis ante natum Chriſtum. Hîc alii Hiſtorici Hebræorum addunt, ſacerdotem quoque promiſiſſe Regi, quòd velint ab iſto die & deinceps literas contractuum, quas שטרות *Schetaros* vocant, ſignare ab anno ingreſſus Alexandri in urbem. Hanc numeratio-

dictum. Hi libri in variis locis, & variis formis excuſi ſunt, diverſo etiam ordine, quem alium atque alium habent Galli, Germani, Poloni, Itali, Hiſpani. Cum פירוש Peruſch ſive Commentario excuſus Cracoviæ, Anno שנ״ז 357. Chriſti 1597. in 4°. Hebraicè & Germanicè Venetiis apud Johannem de Gara, Anno 359.

סדר תפלות כמנהג קהלות בני רומא Ordo precum ſecundum conſuetudinem Eccleſiarum Romæ ſive Italicarum, Venetiis apud Johannem de Gara, Anno 354. Chriſti 1594. in 16°.

סדר תפלות כמנהג הספרדים Diſpoſitio precum ſecundum conſuetudinem Hiſpanorum. Venetiis Anno 329. Chriſti 1569. in 16°. &c.

תפלה למשה *Tphilla lemoſche*, Oratio Moſis (*Pſalm.* 90. *verſ.* 1.) Liber homologeticus, continens דרשות in legem. Impreſſus Theſſalonicæ, & Cracoviæ, Anno 350. in 4°.

תקון סופרים *Tikkun ſopherim*, Ordinatio ſcribarum. Author R. Salomon, filius R. Schimeonis bar Tzemach.

תקוני הזוהר *Tikkune haſſohar*, Correctiones libri Sohar. Mantuæ Anno 318. in 4°. & Cracov.

תקון שטרות *Tikkun ſchetáros*, Ordinatio contractuum, id eſt, de numeratione annorum à literis contractuum, quæ vocantur שטרות.

Author

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

rationem vocarunt מנין שטרות *Minjan Schetaros*, Numerationem contractuum, & duravit uſque ad R. Scherira, qui circa annum Chriſti milleſimum vixit. Poſt eum cœperunt numerare annos à creatione mundi.

תקנות רבנו גרשום Conſtitutiones Rabbenu Gerſom.

תרגום של חמש מגלות *Targum ſchel chameſch megillos*. Verſio Germanica Paraphraſis Chaldaicæ quinque libellorum Cant. Ruth. Thren. Eccleſ. & Eſther, unà cum explicatione Hebraica difficiliorum vocum Chaldaicarum. Author R. יעקב בר בונם / cognominatus R. Cappelman. Friburgi Brisgojæ apud Frobenium in 4°.

תרומה *Trúmah*. Liber ritualis & judicialis eſt. Impreſſum habeo Venetiis à Bombergo in parvo folio, Anno 1528. Author eſt R. Baruch מגרמיזא / filius R. Iſaaci, ut in fine libri notatur. Scripſit eum anno Chriſti 1236. In Juchaſin fol. 132. 1. ſcribitur R. Samuel Hiſpanus, filius R. Iſaac, anno Chriſti 1225. ſcripſiſſe librum Truma magnum.

תרומת הדשן *Trumas haddeſchen*, Ablatio cineris. Author R. Iſraël Germanus, Anno 1460. Excuſus Venetiis apud Marcum Antonium Juſtinianum, Anno 306. Chriſti 1546. & apud Bombergum, Anno 283. id

id eſt, 1523. Continet Quæſtiones & Reſponſiones in Legem Moſis.

תרומות *Trumos*, vel, *Sepher hattrúmos*, Liber oblationum. Juridicus totus eſt, de commodato & mutuo, uſuris, ac omnibus caſibus, qui ibi intercurrere poſſunt. Excuſus Pragæ, Anno 1605. in fol.

ספר התרשיש. Liber Cabaliſticus, quem compoſuit ר' נטרואני.

תשובות *Tſchúvos*, Reſponſiones. Reſponſionum libri plurimi ſunt. Celebres ſunt תשובות דרב שרירא Reſponſiones Raf Scheriræ, quem librum hiſtorici ſæpè citant. Claruit hîc Doctor anno Chriſti 967. *Tſchúvos haroſch*, Reſponſiones Rabbi Aſcher. Item, Reſponſiones R. Levi Aben Chavif, R. Jacob Weil, R. Joſeph Kalon.

תשב"ץ *Taſchbatz*, id eſt, תשובות שמעון בר צמח Reſponſiones Simeonis bar Tzémach. Pro hoc poſtremo quidam ſcribunt Tzadok. Liber celebris eſt. Plures ſunt ſimiles libri, de quibus aliâs ſi D. V. diſtinctiùs agemus.

FINIS.

LEC-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

LECTORI. S.

Noveris primò *nomina librorum Latinè ſcripta eſſe, ad formam pronunciationis Judaicæ, quibus Thau lene ſive raphatum ſemper ut S effertur. Ideo fine, ut ſi quis eos à Judæis petat, ſciat eos ipſorum more nominare.* Deinde *notandum, Judæos voces polyſyllabas ferè ſemper efferre cum Accentu in penultima.* Tertiò, *Beth lene quandoque per V conſonam, quandoque per F expreſſum: in harum enim poteſtatem incidit. Denique quæ hìc deſiderantur, tu benevolus addito. Vale, vade.*

שכחות.

In Bibliotheca Rabbinica, in litera א adde;

אגרת חמודות *Iggéres chamúdos*, Epiſtola deſiderabilium. Liber Cabaliſticus. Citatur in præfatione libri Coſri.

ספר של רבי אנשל *Sepher ſchel Rabbi Anſchel*, Liber R. Anſchel. Lexicon eſt Hebræo-Germanicum, impreſſum Cracoviæ, Anno mundi 344. Chriſti 1584.

In ב;

ספר בכשרות *Baccoſcharos*, Cum compedibus. *Titulus ex Pſalm* 68. 7. Liber Carminum Hebraicorum, diviſus in duas partes; in prima continentur שירות ומירות Cantiones & pſalmi lætiores; in altera; קינות Threni & cantiones lugubres. Author Rabbi Ephra-

Ephrajim filius Rabbi Joſeph. Impreſſus Cracoviæ Anno 368. Chriſti 1608. in 4°.

In litera Gimel adducitur ספר הגדרים / & in litera Mem, מכלל יופי / ubi nota, primum ejus nominis, & *Sepher haggedarim*, eſſe unum & eundem. Eſt liber, qui propriè vocatur *Michlal Jophi*, & continet expoſitiones ſive definitiones vocabulorum ſeu terminorum Philoſophicorum; Ethicorum & Politicorum, Logicorum, Mathematicorum, Phyſicorum, Theologicorum, Medicorum, qui paſſim apud Philoſophos & Theologos, præſertim in libro More Nevochim, occurrunt, idque ſecundum ordinem Alphabethicum, & in unaquaque litera termini iſti diſtinctè proponuntur. Author מנחם בר אברהם המכונה בונאפוס אברהם הפרפנייאני Menachem bar Abraham, cognominatus, Bonapus Abraham Parpanianus. Habeo manuſcriptum, ſed audio, etiam impreſſum eſſe.

In litera Jod, ad יפה מראה nota; impreſſum eſſe Venetiis, Anno 350. Chriſti 1590.

SOLI DEO GLORIA.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

APPENDIX

AD

BIBLIOTHECAM RABBINICAM.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

JOHANNES BUXTORFIUS F.

Lectori Benevolo S.

Cum paucis admodùm ſeptimanis, poſt abſolutam Bibliothecæ Rabbinicæ editionem, Catalogum illum librorum Hebraicorum, in Oriente maximè cognitorum & extantium, accepiſſem, cujus in Epiſtola Dedicatoria mentionem feci, nolui, vel curioſos hujus linguæ cultores illius fructu, vel ejus authorem debitâ ſuâ laude tamdiu privare, donec fortè de novo liber hîc imprimatur, ſed quamprimùm illum, in ordinem diſpoſitum, juris publici facere, & Bibliothecæ noſtræ annectere. Communicavit autem eum nobiscum D. Antonius Legerus, Pedemontius, Vir, ut veriſſimè ipſum alibi deſcripſimus, à Variarum linguarum uſu, & Philoſophiæ ac Theologiæ rara & recondita cognitione, cum pari pietate, inſignis & eximius, nobisque jam à multis annis, ſingulari neceſſitudine conjunctiſſimus. Dum enim ille antehac per aliquot annos alia & magis ardua ob negotia Conſtantinopoli commoraretur, quibus non ſolùm ſumma ſua cum laude, ſed & inſigni Reipublicæ Chriſtianæ uſu, & purioris Religionis propagatione, defunctus eſt; horis ſucciſivis Judæo-

 rum

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

rum etiam familiaritatem contraxit, partim ut de rebus Religionis cum ipſis conferret, partim ut ſecretiora illorum myſteria penetraret, & quæ coram Chriſtianis maximè occultant, ab eis cognoſceret & extorqueret. Id quod tanto felicius ex voto ei ſucceſſit, quòd in tales inciderit, qui præter linguæ patriæ cognitionem, Latinæ quoque non imperiti eſſent, neque à Chriſtiana Religione, ut communis fæx Judaica, ita prorſus abhorrentes & alieni. Inter alia, quæ inde ſecum reportavit, eſt etiam præſens, quem tibi exhibemus, Catalogus librorum in Bibliotheca noſtra Rabbinica deſideratorum. Accepit ipſe eum Conſtantinopoli à Doctiſſimo Rabbino Jacobo Romano, qui Bibliothecâ Rabbinicâ Parentis viſâ, ſtatim ita ejus inventione delectatus eſt, ut conſtituerit eam augere, & in linguam Hebræam translatam, in ſuæ quoque gentis uſum edere. Plures equidem continebat Catalogus ille à D. Legero nobis transmiſſus, ſed illorum non paucos nos quoque jam antè obſervaveramus in ſecunda hac editione, trecentis circiter novis librorum titulis & deſcriptionibus à nobis aucta. Iis ſi hi quoque accedant, non dubito, quin maxima librorum Hebraicorum, editorum & manuſcriptorum, pars nobis Chriſtianis quoque jam cognita ſit & patefacta. Quod ſi itaque aliquid utilitatis aut voluptatis ex præſenti appendice ad te redeat, Lector Benevole, ejus gratia non mihi, qui pauca de meo addidi, ſed dicto D. Legero, maxima ex parte debebitur. Vale.

א

אבי אסף *Avi-áſaph.* Liber ritualis & juridicus R. Elieſer, filii Jacobi.

אביר יעקוב *Avir Jaacob*, Potens Jacobi (*titulus ex Gen.* 49. 24.) Liber Medicinæ R. Meſſer David, filii Meſſer Leon, MS.

* אגרת בעלי חיים] Recenſetur liber hujus nominis in ſuperiore Catalogo. Alterius etiam meminit D. Legerus, de quo ſcribit: *Ex Græco in Arabicum verſus liber ab Abu Siphe, inde in Turcicam linguam translatus à Laami ahi, Solymani Imperatoris Poëta, nec non in Hebraicam. Turcicè dicitur* Scheref Ulinſan. *Oſtendit hominem eſſe animal prudentiſſimum, de cujus dominio cùm cætera animalia quererentur, & jugum excutere ſatagerent, judice diabolo vicit homo.*

אגרת החמדה *Iggéres hachemdah*, Epiſtola deſiderii. Cabaliſticus. Author R. Moſes Gerundenſis. MS.

אגרת שבת *Iggéres Schabbas*, Epiſtola Sabbathi, R. Abraham Aben Eſræ, in qua, Sabbathum ipſi apparuiſſe fingitur, & conqueſtum, noctem ſequentem à multis celebrari, non præcedentem, quam probat Sabbatho accenſendam, MS.

אגרת השמד *Iggéres haſchémed*, Epiſtola perſecutionis. Author Rambam, in qua abnegationem fidei in periculo vitæ permittit

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

conſulentibus ipſum ob Mahumedanorum perſecutionem.

אגרות ר׳ משה נתן *Iggéros R. Moſche Nathan*, Epiſtola R. Moſis Nathanis, MS.

אהבה בתענוגים *Ahavah betaanúgim*, Amor in deliciis (*ex Cantic.* 7. 6.) Liber R. Moſis Nathan, de articulis fidei, ut More Nevóchim, MS.

אהלי קדר *Ohole kedar*, Tentoria kédar, R. Salomonis Jeruſchalmi Calendarium Arabicum.

ספר האורה *Sepcer haórah*, Liber lucis, R. Joſeph Gecatiliæ, Cabaliſticus.

אות הברית *Os habberis*, Signum fœderis, R. Menachem Rabbæ. Editus.

ספר האחד *Sepher haéchad.* Aben Eſræ libellus, de virtute numerorum ab uno ad decem, MS.

איל משלש *Ajil meſchillaſch*, Aries triennis (*Gen.* 15 9.) Liber manuſcriptus, cujus author idem qui ſcripſit אף הכמתי רפואה.

אכלה ואכלה *Ochla veochla.* Maſoræ initium hoc erat, ideò hoc titulo ſeu nomine ſæpiſſimè citatur. Innumeri autem ſunt libri Maſoræ MSS.

ספר האמונות *Liber rerum credendarum.* R. Meir de Rotenburg. Cabaliſticus. MS.

ספר האמונה *Sepher haémunah*, Liber fidei. R. Joſeph Kimchi Diſputatio contra Chriſtianos.

אמרי

אמרי נואש *Imre noaſch*, Verba deſperati (*titulus ex Jobi* 6. *verſ.* 26.) Liber R. Salomonis Piera de rhythmis Hebraicis, ſeu poëticorum verborum copia. MS.

ספר האסופות *Sepher haaſúphos*, Liber collectaneorum, R. Eliæ Carcaſſonæ, Liber ritualis aut juridicus.

אף הכמתי רפואה Liber Medicus.

אוצר יי׳ *Ozar Adonaj*, Theſaurus Domini. R. Joſeph Caſpi Expoſitio in Pentateuchum MS. *Alius* hujus nominis Cabaliſticus, Rabbi Moſis Gerundenſis.

אורח סלולה *Orach ſelulah*, Via ſtrata. (*ex Prov.* 15. 19.) De Calendario, feſtis, &c. Author R. Iſaac Alchadeb. MS.

אורחות עולם *Orchos olam*, Viæ mundi. Fertur eſſe Geographiæ Epitome, & Venetiis editus. Forſan eſt ille, qui in noſtra Bibliotheca vocatur אגרת אורחות העולם.

ארון העדות *Aron haédus*, Arca teſtimonii, R. Judæ Barſellonii Conciones.

ספר האשכול *Sepher haeſchkol*, Liber botri. Juridicus, R. Abraham, filii Iſaaci.

אשכול הכופר *Eſchkol haccópher*, Bacca cypri (*Cantic.* 1. 14.) Liber ritualis R. Moſe Chalana. MS.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

ב

בית־אל *Beſ-el*, Domus Dei. R. Davidis de Stella. MS.

בן ארבעים לבינה *Ben arbaim lebinah*, Filius quadraginta annorum ad prudentiam (*titulus ex Pirke Avoth cap.* 5.) Liber Aſtrologicus R. Abraham Sachuth. MS.

בן זקנים *Ben ſekynim*, Filius ſenectutis (*Geneſ.* 37. 3.) R. Judæ Levi verſus frigidi & inepti.

בן משלי *Ben miſchle*, Filius proverbiorum. Verſus ſunt antiquiſſimi Poëtæ, R. Samuelis Hannagid, qui ante 700 annos ſcripſit, & librum ſuum משלי inſcripſit. Alii eum tribuunt R. Jehudæ Aben Tybbon.

בעלי אסופות *Baale aſuphos*, Domini collectionum vel collegiorum (*ex Eccleſ.* 12 *verſ.* 11.) Miſcella variorum eſt collectio. MS.

בעלי החלומות *Baale hachalómos*, Domini ſomniorum. Rabbi Jacob Corbeil de reſponſis in ſomniis. MS.

ספר הברית. Præter eum, quem recenſuimus in Bibliotheca Rabbinica, eſt & alius ejusdem nominis, qui continet diſputationem contra Chriſtianos, R. Joſeph Kimchi. MS.

בתי הנפש והלחשים *Batte hannépheſch vehallechaſchim*, Pectoralia & inaures (*titulus ex Jeſa.* 3. 20.) R. Levi liber, de ſcientiis omnibus car-

carmine tractans, in quo ſunt verſus, ut æquent numerum, quem conficiunt literæ iſtius tituli. Hic antiquus Philoſophus ſcripſit etiam לוית חן. Extat MS.

ג

ספר הגאולה *Sepher haggeúllah*, Liber redemptionis. Author Gerundenſis, & eſt Cabaliſticus. MS.

גאון יעקב *Geon Jaakof*, Excellentia Jacobi R. Moſe Alaſchkar (i. e. Rubri, Rufi: nam Aſchker Arabibus Ruber.) MS.

גביע הכסף *Geviah hakkéſeph*, Calix argenteus (*ex Gen.* 44. 22.) Peruſch ſive Expoſitio ſuper More nevóchim R. Joſeph Caſpi. MS.

גבעת מורה *Gifas More*, Collis More (*ex Judic.* 7. 1.) Expoſitio ſuper librum More. MS.

ספר הגלוי R. Joſeph Kimchi Diſputatio contra Chriſtianos. MS.

ספר הגן *Sepher haggan*, Liber horti. Expoſitio Pentateuchi. MS.

גנזי המלך *Ginſe hammélech*, Theſauri regis (*ex Eſth.* 3. 9.) Tractatus Philoſophici R. Iſaac ben Latif. MS.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

ד

דברי שלמה *Dibbre Schelomoh*, Verba Salomonis. Sunt Draſchos ſive Conciones R. Schlómoh lebes hallevi.

דור הפלגה *Dòr haphlagah*, Ætas diviſionis Linguarum. Author R. David Provincialis. Citatur à R. Aſaria in Meor enajim.

דעות הפילוסופים *Déos happiloſophim*, Sententiæ Philoſophorum. Compilatio librorum Ariſtotelis, quos ex Arabico omnes Hebraicè convertit R. Schem Tof Phalkira. MS.

דרך אמונה *Derech emunah*, Via fidei. Eſt *quidam* hujus nominis R. Meir Gabbai Magneſienſis, Cabaliſticus, editus Conſtantinop. *Alter* eſt R. Abraham Bivaſch Arragonienſis, Philoſophicus, etiam Conſtantinop. editus.

דרך חיים *Derech chajim.* Præter eum, qui jam in Bibliotheca Rabbinica eſt recenſitus, extat adhuc alius R. Menachem Lonzano, carmina moralia continens, editus Venetiis.

דרכי משה *Darke Moſcheh*, Viæ Moſis. Liber ritualis R. Moſe Iſerlen.

דרכי התלמוד *Darke hattalmud*, Viæ Talmudis. R. Iſaac Campanton, Caſtilienſis Judæi, Regulæ ad intelligendum Talmud. Editus.

ה

הגרות התלמוד *Haggádos hattalmud*, Fabulæ Talmudicæ, Legendæ Talmudicæ. Author R. Jacob ben Bivas.

הליכות עולם *Halichos olam.* Præter eum, qui in Bibliotheca Rabbinica recenſetur, eſt adhuc alius hujus nominis, cujus author Rabbi Joſeph Jeſchua.

השגורת. *Aliæ* ſunt adhuc הר"אבד, id eſt, R. Abraham ben David, in librum ritualem Ramban, Venetiis editæ. *Aliæ* item R. Eliæ Miſrachi, i. e. Orientalis, Conſtantinopolitani, in R. Moſe de Kotzi. Hic Miſrachi Conſtantinopoli vulgò dicitur אלרב *Elrab*, Magnus. Aliæ etiam ſunt R. Moſche Haccohen, in eundem Ramban, MS.

ו

וַעד לחכמים *Vaad lachachámim*, Conventus Sapientum. Conciones R. Samuel Aripol. Venet. Nihili fiunt ab Hebræis Conſtantinopolitanis doctioribus, omnes iſtius Aripol libri, tamquam nugarum pleni.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

ז

זה ינחמנו *Se jenachamenu*, Iſte conſolabitur nos, (*ex Geneſ.* 5. 29.) R. Abraham Bivaſch conciones Philoſophicæ variæ.

זוהר. Legerus ſcribit; In antiquiſſimis MSS. exemplaribus multa extare fidei Chriſtianæ faventia, quæ ab incredulis Judæis librorum corruptoribus in cæteris detracta, ut ipſemet vidiſſe teſtatur in variis exemplaribus R. Leonis Sia, Medici, qui poſtea veram Chriſtianæ Religionis profeſſionem amplexus, & in Tranſſylvaniam profectus, ibidem in Sereniſſimi Principis Ragotzi Aula Medicinam exercuit, & fortè etiamnum exercet. Ab hoc R. Leone Sia, & nos ante aliquot annos unam & alteram epiſtolam Conſtantinopoli accepimus, unde cognoſcere potuimus, eum à Chriſtiana religione non valdè eſſe alienum.

זכות אדם *Sachus Adam*, Meritum Adami, vel, Juſtitia, Innocentia Adami. Excuſare imò negare conatur author hujus libri impius, & propterea meritò ignotus, peccatum Adæ. MS.

זכרון טוב *Siccaron tobh.* Expoſitio in Pentateuchum.

ח

חוות יאיר *Chaſſos Jair*, Villæ Jair. Liber continens פרפראות ſeu, minutas ac ſubtiles expoſitiones Cabaliſticas variarum vocum, ſecundum ordinem Alphabeticum, inprimis ex fundamento ראשי תיבות/ & נוטריקון. Author, R. Abraham, filius R. Jechiel Porto. Venet. apud Petrum Aloiſium, & Laurentium Bragadinum, Anno 1628. in 4°.

חזה התנופה *Chaſe hattenuphah*, Pectus agitationis (*titulus ex Exod.* 29. 27.) Compendium quæſtionum ritualium R. Moſche.

חזוק אמונה *Chiſſuk emunah*, Confirmatio, vel, Fortalitium fidei. Diſputatio contra Chriſtianos, R. Iſaac ben Abraham. MS. extat Conſtantinopoli apud R. Zachariam, Caraitam, & R. Ezechiam Romanum, Rabbanitam.

ספר החכמה *Sepher hachochmah*, Liber ſapientiæ. Cabaliſticus R. Baruch. MS.

חכמת שלמה *Chochmas Schelómoh*, Sapientia Salomonis. Rabbi Salomonis Luriæ Correctio errorum, qui in Talmudis editione deprehenduntur.

חומש *Chumaſch*, ſive Pentateuchus. Suprà variæ editiones Pentateuchi ſunt recenſitæ. Mentionem facit Legerus etiam alterius, editi tempore Solymani, Turcarum Impe-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

ratoris, Conſtantinopoli, Anno 5307. unà cum Haphtaros & quinque Megillos, Hebraicè, Græcè, & Hiſpanicè, addito etiam Targum Onkeli, & Commentario R. Salomonis. Nam (ſcribit idem) Conſtantinopolitani Judæi, ex iis oriundi, qui ante multa ſæcula eò migrarunt, Græcè Sacram Scripturam legunt, & ſunt ferè Caraitæ: qui autem non ita pridem eódem ex Hiſpania ſedes tranſtulere (qui plerique omnes Rabbanitæ ſunt) Hiſpanicè Sacram Scripturam lectitant. In Taurica verò Cherſoneſo Theodoſiæ habitantes, Turcicè Sacros libros legunt, ut Arabizantes Arabicè, & in Perſide Perſicè. Ubique tamen in peregrinis linguis exprimendis Hebraico charactere abuti conſueverunt. Iſte autem Raſchi, cujus Commentarius additur, R. Selomo Iſaac Trevirenſis eſſe videtur, non R. Selomo Jarchi, qui illo recentior.

חסדי ייי *Chaſde Adonaj*, Benignitates Domini. Præter eum qui in noſtra Bibliotheca commemoratur, ſcribitur eſſe alius hujus nominis, continens Conciones R. Joſeph Jabes, edit. Conſtantinopoli.

חוקות הדיינים *Chykkos hadaijanim*, Statuta Judicum, quomodo Judices ſe gerere debeant in judiciis. Author exiſtimatur eſſe R. Meir de Rotenburg. MS.

חוקות הפסח *Chykkos happeſach*, Statuta Pa-

ſchatis,

ſchatis. Expoſitio Haggadæ Paſchalis, R. Moſe Piſante. Conſtantinop.

חוקות התורה *Chykkos hattorah*, Statuta Legis. Cabaliſticus R. Judæ. MS.

חשב האפוד *Cheſchef haëphod* Cingula Ephod, ſeu pectoralis (*Exod.* 28.) Liber Geometricus Ephodei, qui ſe vocat, אבי פריפיטו דורנטי ex quorum vocabulorum initialibus literis contrahitur אפד. MS.

חשן המשפט *Choſchen hammiſchpat*, Pectorale judicii. Præter eum, quem jam recenſuimus, ſunt adhuc duo alii hujus nominis. *Primus*, Rabbi Joſeph Carru, Conſtantinopolitani Judæi, edit. Venet. & alibi. *Alter*, R. Abraham Conte Grammatica MS. ſed poſtea ab uxore ejus edita.

ט

טהרת הקדש *Tohoras hakkódeſch*, Mundatio ſanctitatis (*ex* 2 *Chron.* 30. 19.) Author R. Samuel Sarſa. MS. Nihili eſt.

טוב שם *Tof ſchem*, Bonum nomen (*titulus ex Eccleſ.* 7. 3.) Liber agens, quâ ratione quis per ſtudium verbi Dei, & bona opera, bonum nomen acquirere debeat in hac vita, ut etiam hæres fiat vitæ æternæ. Urget autem potiſſimùm argumentum à conſideratione & contemplatione Mortis, &c. Author

m Rabbi

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Rabbi Eljakim f. Rabbi Naphtali. Venetiis, apud Iſaacum Gerſonem, Anno 367. Chriſti 1607. in 4°.

טומאה וטהרה *Tumah Vetohorah.* Immunditia & munditia. Author R. Saadia Gaon.

טעמי מצוות *Taame Mitzvos*, Rationes Præceptorum. Præter eum, qui jam recenſitus eſt, plures extant, hujus nominis & argumenti, libri; ut, R. Jehudæ Levi, R. Menachem Babylonii, & R. Naphtali.

י

יד יוסף *Jad Joſeph*, Manus Joſephi. Author ejus Rabbi Joſeph Tzorphati, Gallus. Citatur à Menaſſe ben Jiſrael in Conciliatore p. 148.

ספר היסוד *Sepher hajeſod*, Liber fundamenti. Libellus Aben Eſræ de linguæ Hebreæ myſteriis. MS.

יסוד האמונה *Jeſod haëmunah*, Fundamentum fidei. Cabaliſticus R. Barachiel. MS.

יסוד מורא In Bibliotheca Rabbinica ſcribitur, videri eſſe librum Grammaticum. Legerus ſcribit, eſſe librum de capitibus fidei, & de præceptis, nec non de rebus Philoſophicis, ac probari in eo, Sacram Scripturam priùs eſſe tenendam, antequam ad Talmud accedatur. Impreſſus etiam eſt Conſtantinop.

יפה עינים *Jephe enajim*, Pulcher oculis. Deraſchim, ſive Conciones R. Samuelis Japhe.

יקוו המים *Jikkavu hammájim*, Congregentur aquæ. (*ex Geneſ.* 1.) Liber Philoſophicus, de aquis & mari, in quo rationibus Philoſophicis demonſtrare conatur, cur aquæ terram non obruant. Author R. Samuel ben Tybbon. MS.

ישועות משיחו *Jeſchuos Meſchicho.* In Bibliotheca Rabbinica adducitur ex præfatione libri מעייני הישועה, ignorari, quónam hic liber devenerit. D. Legerus ſcribit, Manuſcriptum ejus exemplar habere R. Jacobum Romanum, Conſtantinop.

ספר הישר D. Legerus ſcribit, ſic etiam vocari Expoſitionem Aben Eſræ in Pentateuchum, edit. Venetiis.

כ

ספר הכבוד *Sepher haccávod*, Liber gloriæ. Cabaliſticus R. Joſeph Gecatiliæ. MS.

כבוד אלהים *Kevod elohim*, Gloria Dei. Præter eum, qui in Bibliotheca Rabbinica extat, duo ſunt adhuc alii hoc titulo. *Primus*, R. Joſeph Aben Schem Tof, Philoſophicus. *Alter*, R. Abraham Aben Megas, conciones quaſdam in Legem complectens. Uterque editus Conſtantinopoli.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

ספר הכולל *Sepher haccolel.* Liber continens rationes præceptorum Moſaicorum, R. Moſe ben Tybbon, filii R. Samuelis. MS.

כלי יקר *Keli jakar.* Unus hujus nominis adductus eſt in Bibliotheca Rabbinica. *Alius* eſt, Commentarius in Legem, R. Ephrajim, qui etiam ſcripſit עוללות אפרים.

כליל יופי *Kelil Jophi*, Perfectus pulchritudine. Logica R. Miſſer Leon. Alter eſt ejuſdem nominis, R. Aharonis Karaitæ Grammatica MS.

כליל תכלת *Kelil techéles*, Totum hyacinthinum (*Exod.* 28. 31.) R. Menachem Rabba Conciones in Legem. MS.

כללי התלמוד *Kille hattalmud*, Regulæ, Canones Talmudici. Author R. Joſeph, filius R. Ephrajim Caro. MS.

כלימת הגוים *Kelimmas haggojim*, Opprobrium gentium. Ephodei liber contra Chriſtianos. MS.

כנפי יונה *Kanfe jonah*, Alæ columbæ (*ex Pſal.* 68. 14.) Liber Cabaliſticus recens, R. Menachem Aſariæ Mippano. MS.

כסא דוד *Kiſſe David*, Solium Davidis. Liber Philoſophicus, Miſſer David, filii Miſſer Leonis.

כסף מזקק *Keſeph meſykkak*, Argentum purgatum. Author R. Joſia Pintus. Citatur à Menaſſe ben Iſraël in Conciliatore, p. 128.

כסף נבחר *Keſeph niſchar*, Argentum ſelectum. Ejus-

Ejuſdem R. Joſiæ Pinti Conciones in Pentateuchum, edit. Venetiis.

כפות כסף *Kappos keſeph*, Cochlearia argentea. R. Joſeph Caſpi Expoſitio Threnorum. MS.

ל

לב אבות *Lef avos*, Cor patrum. R. Iſaac lebeth hallévi Expoſitio ſuper Pirke avoth. Edit. Theſſalonicæ.

לב האריה *Lefhaarjeh*, Cor Leonis. Tractatus de memoria artificiali, R. Juda de Modena. Venetiis, ubi author vivit.

לב חכם *Lef chácham*, Cor Sapientis. R. Samuelis Arepol expoſitio in Eccleſiaſtem. Conſtantinopoli.

לבנת הספיר *Lifnas haſſaphir*, Later ſaphiri. Eſt etiam hujus nominis Commentarius quidam cabaliſticus in legem, ignoti authoris. MS.

לוית חן *Lifjas chen*, Additamentum gratiæ (*Proverb.* 1. 9.) Grammatica R. Immanuelis, Ben Giunto Aben venuto, edita Mantuæ. Alter extat ejusdem nominis, R. Levi conciones in capita quædam Legis complectens. MS.

לחם דמעה *Lechem dimah*, Panis lachrymarum. R. Samuelis Uzedæ Expoſitio in Threnos. Venetiis.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

לחם סתרים *Lechem ſeſarim*, Panis abſconſionum (*ex Prov.* 9. 17.) Commentariolus breviſſimus in Danielem & quinque libellos, quæſtiones ſeu dubia nonnulla in ſingulos libros proponens & diſſolvens. Author R. Joſeph טאיטצק Taitzak. Venetiis apud Johannem de Gara, Anno 368. Chriſti 1608. in 4°.

לקח טוב *Lekach tof*, Doctrina bona. Præter eum, qui in Bibliotheca Rabbinica recenſetur, ſunt adhuc duo alii ejusdem nominis. *Primus*, R. Jom Tof Saalon Expoſitio in libellum Eſther, edita Conſtantinop. *Alter*, R. Moſe Nager expoſitio in Pentateuchum, edita ibid.

לקט שכחות *Leket ſchekéchos*, Collectio rerum oblivioni datarum, perditarum, amiſſarum. Author R. Moſe ben Tybbon. MS.

לשון הזהב *Leſchon haſſahaf*, Lingua aurea, (*Joſ.* 7. 21.) Hic in Bibliotheca Rabbinica adducitur, ſed ſine expoſitione argumenti. Eſt autem tractatus de nominibus Menſurarum, quæ in Sacra Scriptura extant, R. Iſaac Alchadeſi, id eſt, Gibboſi. MS.

מ

מאה דברים *Meah devárim*, Centum verba. Rabbi Iſaac Nathan Inſtitutio ſeu diſciplina filiorum. MS.

ספר מאה דפים *Sepher meah dappim*, Liber centum foliorum. Medicus liber, ex Talmudicis libris collectus, ubi in iis de Medicina quid occurrit.

מאה שערים *Meah ſchedárim*, Centum portæ. Liber Cabaliſticus R. Iſaac, bar Abba, MS. *Alter* eſt, R. Moſche Alſchich, Conciones continens in Paraſchas Moſaicas, ordine habitas. MS.

ספר מאורות *Sepher meóros*, Liber luminarium. R. Serachia Scholia in Raf Alphes, edit. Savionetæ.

מאזני צדק *Moſne zedek*, Bilances juſtæ. Liber moralis Arabicè ab Abuamat Algazelo ſcriptus, & Hebraicè converſus à R. Abraham bar Chaſdai. MS.

מאירת עינים *Meiras enajim*, Illuminans oculos. Præter eum qui adductus eſt in Bibliotheca Rabbinica, ſunt adhuc duo homonymi. *Primus* Liber ritualis & juridicus, editus Cracoviæ. *Alter* eſt Expoſitio arcanorum Cabaliſticorum, quæ occurrunt in R. Moſis Nachmanidis Commentariis in Legem.

מאמר מרדכי *Maamar Mordechaj*, Sermo Mardochei. R. Schem tof Expoſitio in libellum Eſther. Venetiis.

מבצר יצחק *Miſzar Itzchak*, (*alluſio ad locum Habac.* 1. *verſ.* 10.) Munitio Iſaaci. Diſputatio contra Chriſtianos R. Iſaac Nathanis, qui Concordantias conſcripſit. MS.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

מבקש י״י *Mevakkeſch Adonaj*, Quærens Dominum. R. Iſaac Gerſon Conciones, editæ Venetiis.

ספר המבקש *Sepher Hammevakkeſch.* R. Schem tof Phalkeira Quæſitor ſeu Inveſtigator ſcientiarum, proſâ & verſu.

מגדל דוד *Migdal David*, Turris Davidis (*Cant.* 4. 4.) Titulus hic adducitur in Bibliotheca Rabbinica, ſed ſine argumento. Sunt autem plures. *Unius* author eſt R. Mordechaj דאטו Dato, in quo oſtendit & docet, magnam habuiſſe cauſam Iſraëlitas, expectandi liberationem ex præſenti captivitate, & reſtaurationem Templi, Anno ש״לה 335. Chriſti 1575. Mentionem ejus facit R. Aſarias in מאור עינים fol. 139. col. 1. *Alius* eſt R. Davidis Stellæ, conciones in Legem continens. MS. *Alius* itidem, Grammatica R. David Provincialis.

מגדל עוז *Migdal os.* Adducitur in Bibliotheca Rabbinica, ſed ſine argumento. Legerus ſcribit, eſſe expoſitionem in R. Alphes. Alius eſt ejus nominis, R. Almoſnini Expoſitio libri Cawanoth Algazeli, qui invitus Arabicè ſcripſerat deſtructionem Cawanoth, id eſt, opinionum Philoſophicarum, quo tempore Caliphæ retinuerant uſum Philoſophiæ. Contra ipſum poſtea Averroés ſcripſit Deſtructionem deſtructionis.

מגלה עמוקות *Megalle amukos*, Revelans pro-

profunda (*ex Jobi* 12. *verſ.* 22.) Author R. Moſe Cohen. MS. *Alius*, R. Levi. *Alius*, Epiſtola Rambami. *Alius*, R. Salomonis El Conſtantin, i. e. Conſtantinopolitani, Expoſitio Philoſophica in Legem. MS.

מגלת המגלה *Megillas hammegilla*, Volumen voluminis. Author R. Abraham bar Chija hannaſi. Citatur à R. Aſaria in מ״ע fol. 139. 2. & ab Abarbenele in Danielem, cap. 11.

מגלת סתרים *Megillas ſeſarim*, Volumen occultorum. R. Samuel Motot Expoſitio in Aben Eſram ſuper Pentateuchum, edit. Venet.

מגן אבות *Magen avos.* Mentio ejus in Bibliotheca Rabbinica. Legerus ſcribit, eſſe Diſputationem contra Mahumetanos, Karraitas, & Chriſtianos, notans errata Alkorani, &c.

מגן אלהים *Magen Elohim*, Clypeus Dei, vel, Clypeus Dominus. MS.

מגן דוד *Magen David*, Clypeus Davidis. Grammatica R. Eliſa, i. e. Græci, Apologiam continens pro R. Davide Kimchi contra Ephodeum, qui eum in Opere ſuo Grammatico ſæpiſſimè refutat. Conſtantinopoli. *Alius*, ‎ג‎ Miſſer David ſpeculationes in quædam capita Legis, MS. *Alius* R. Davidis Cohen. MS. *Alius* Cabaliſticus R. David ben Simra, qui citatur à Menaſſe ben Iſraël in Conciliatore p. 41.

מגן ורמח *Magen varomach*, Clypeus & Lan-

m 5 cea.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

מטה משה *Matte Moſche*, Baculus Moſis. Liber Juridicus.

מכלכל מחלה *Mechalkel machalah*, Suſtentans infirmitatem. Liber Medicus, Rabbi Abraham Caslari.

מכלל יופי Præter adductos in Bibliotheca Rabbinica, feruntur adhuc eſſe alii: Liber Philoſophicus Miſſer Leonis: & alius Aben Eſræ.

מכתב אליהו *Michtaf Elijahu*. Scriptum, vel, Epiſtola Eliæ. Rabbi Eliæ Alpheghi Aſtrologia. MS.

ספר המלואים *Sepher hammilluim*, Liber Supplementorum. Unus hujus nominis ponitur in Bibliotheca Rabbinica. Sed plures ſunt. *Alius* enim eſt R. Iſaac Iſraëli, Supplementum libri ipſius יסוד עולם. MS. *Alius* R. Joſeph Eſobionis ſeu Hyſſopei.

מלחמת מצוה *Milchamas mitzvah*, Bellum præcepti. Diſputatio R. Joſeph Kimchi contra Chriſtianos, MS. *Item* R. Schelomoh bar Tzemach Expoſitio libelli Eſther, edit. Venet.

מלחמת יי *Milchamas Adonaj*, Bellum Domini. R. Moſe bar Nachman Gerondenſis Annotationes in Raf. Alphes. *Alius*, liber Philoſophicus R. Levi.

מלחמות יי *Milchamos Adonaj*, Bella Domini. R. Jacob bar Ruben Diſputatio contra Chriſtianos. MS.]

מילי

cea. Diſputatio contra Chriſtianos R. Cain ben Mouſa Haccohen, MS.

מדות אהרן *Middos Aharon*, Proprietates Aharonis. R. Aharon ben Chajim, recentis ſcriptoris, Expoſitio 13. מדות ſeu modorum, quibus Lex explicatur. Venetiis.

מורה אהרן *More Aharon*, Doctor Aharon. R. Aharon Karraitæ refutatio nugarum Talmudicarum. MS.

מורה הנבוכים. Verſibus expreſſus extat à R. Mattatia Cartin. MS.

מזרק כסף *Miſrak Keſeph*, Pelvis argentea. Author R. Joſeph Caſpi. MS.

מחנה אלהים *Machane Elohim*, Caſtra Dei. Liber Philoſophico-Theologicus, ut liber More, R. Moſis ben Chaſif. MS.

מחברות איתיאל *Mechabberos Ithiel*, Collectiones vel Compoſitiones R. Ithiel Chariri, conſcriptæ Arabicè, quas deinde Chariſi Hebraicè tranſtulit, & תַּחְכְּמֹנִי vocavit, de nomine illius heroïs, de quo 2 Sam. 23. 8. Utrâque linguâ, tum Arabicâ, tum Hebræâ, eſt eloquentiſſimus liber. Chariri enim Arabicè æmulatus eſt eloquentiam Alcorani. Chariſi verò hujus facundiam Hebraicis carminibus ſuperaſſe fertur. Emanuel ipſe, homo glorioſiſſimus, hunc Chariſi, tanquam ſummum & incomparabilem Poëtam, commendat in מחברות עמנואל cap. 9.

מטה

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

מילי דאבורת *Mille deávos*, Verba patrum. Commentarius in Pirke avoth. Author, R. Joſephus Hivanus. Impreſſus Cracoviæ in 4°. & Venet.

ספר המלמד *Sepher hammalmad*, Liber ſtimuli. R. Simeonis Grammatica & Logica. MS.

מלמד התלמידים *Malmad hattalmidim*, Stimulus diſcipulorum. Deraſchim ſive Conciones in Legem R. Jacob ben Machir. Commendat in eo Philoſophiæ ſtudium, unde ejus authoritate ſe tuebantur philoſophantes in Concionibus. MS.

מנהג בתי אבורת *Minhag batte avos*, Ritus familiarum paternarum. Venetiis.

מנהגי קראים *Minhágekarraïm*, Ritus Karraïtarum. Venetiis.

מנהיג הרופאים *Manhig harophei̇m*, Dux, Rector medicorum. Regulæ ſunt medicinales R. Iſaac Iſraëli. MS.

מנחת קנאורת *Minchas kenáos*, Oblatio zelotypiarum (*ex Numer*. 5.) R. Abbamari bar Moſe. Cùm anathema decretum eſſet in eos, qui Philoſophiæ ſtudebant ante trigeſimum ætatis annum, Rabbi Salomonem ben Adret, hujus licentiæ authorem, & diſcipulos atque aſſeclas ejus, hos Philoſophantes refellit hic Abbamari in hoc libro, in quo Epiſtolas collegit ſuper hoc argumento ſcriptas elegantiſſimè. Manuſcriptum habet Conſtantinopoli R. Jacob Romanus.

ספר

ספר המספר *Sepher hammiſpar*, Arithmetica R. Abraham Aben Eſræ. MS.

ספר המוסר *Sepher hammuſar*, R. Iſaac Creſpin Diſciplina ſeu Moralis inſtitutio, proſâ & verſu. MS.

ספר מסרורת *Sepher Meſaros*, Liber Maſorarum. Oſtenditur in eo, non fruſtrà aut fortuitò, in Scriptura hanc vel illam vocem aut phraſin, toties reperiri, ut in Maſora notatur, ſed certâ intentione & certis de cauſis illud ita factum eſſe, ut exemplis illic demonſtratur, & illuſtratur. Editus eſt liber à Joſeph filio R. Samuelis ben Rej ſive Regis, Venetiis apud Johannem de Gara, An. 367. Chriſti 1607. in 4°.

מסורת הברית *Maſſores habberis*, Maſora fœderis (*ex Ezech*. 20. *verſ*. 37.) Liber Maſorethicus R. Meir Angel.

ספר מעלות *Sepher maalos*. R. David Conciones in Legem. MS.

מענה רך *Maane rach*; Reſponſum molle (*ex Prov*. 15. 1.) Author R. Menachem rabba. Venetiis.

מעשה חשב *Maaſe choſchebh*, Opus ſupputantis, calculantis. Opus Arithmeticum ſeu Geometriæ R. Iſaac Alchadef. MS.

מעשה נסים *Maaſe niſſim*, Opus miraculorum (q. d. Opus R. Niſſim.) Expoſitio R. Niſſim in Pentateuchum. MS.

מפה על חשלחן *Mappa al haſſchylchan*, Mappa ſeu

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

ſeu Tegumentum ſuper menſam. R. Moſis Iſerle Scholia in librum *Schylchan Aruch*, edita Venetiis.

מקדש מעט *Mikdaſch meat*, Sanctuarium parvum (*titulus ex Ezech.* 11. 16.) Expoſitio quarundam ceremoniarum Talmud. MS.

מקוה ישראל *Mikve Iſrael*, Exſpectatio, Spes Iſraëlis (*ex Jerem.* 14. 8.) Liber ritualis R. Iſraël, edit. Venet. *Alius* Cabaliſticus R. Juda ben Schemajah. MS.

מקור חיים *Mekor chajim*, R. Schelomoh ben Gavirol. Philoſophia. MS. Vide & Bibliothecam Rabbinicam.

מראות אלהים *Maros elohim*, Viſiones Dei. Expoſitio eſt מרכבת ſeu currus Ezechielis, cujus author eſt R. Chanoch Conſtantinopolitanus. MS. Vide & Bibliothecam Rabbinicam.

משא מלך *Maſſa melech*, Onus Regis. R. Joſeph Aben Eſræ quæſtiones rituales, editæ Venetiis. Recens eſt ſcriptor.

משובב נתיבות *Meſchovef netivos*, Reſtituens ſemitas (*titulus ex Jeſa.* 58. 12.) Liber Cabaliſticus R. Samuel Motot, MS. *Alius* R. Moſe Cohen, MS.

משבית מלחמות *Maſchbis milchamos*, Ceſſare faciens bella (*titulus ex Pſalm.* 46. 10.) Ritualis R. Iſraëlis. edit. Venet.

משכיות כסף *Maskijos Keſeph*, Figuræ Argenteæ (*ex Prov.* 25. 11.) R. Joſeph Caſpi Expoſitio in More Nevochim. MS.

משפטי

משפטי שמואל *Miſchpete Schemuel*, Judicia Samuelis. R. Samuel Alcali expoſitio in loca quædam Talmudica, edit. Venetiis.

משרא קטרין *Meſchare Kitrin*, Solvens nodos (*titulus ex Dan.* 5. 12.) R. Abraham Levi, de ſupputatione ſeptimanarum Danielis, edit. Conſtantinopoli, ubi probatur Judæis ibi agentibus.

משרת משה *Meſchâres Moſche*, Miniſter Moſis. R. Calonymi, pro R. Moſe Ægyptio Conciones ſeu Orationes. MS.

נ

נהר פישון *Nehar Piſchon*, Fluvius Piſchon. Conciones Rabbi Iſaac Avuhaf, editæ Conſtantinopoli.

נחל עדנים *Nachal adânim*, Torrens voluptatum (*ex Pſal.* 36. 9.) Liber ignoti argumenti, Miſſer David.

נימוקי יוסף *Nimmuke Joſeph*, Obſervationes vel Annotationes Joſephi. R. Joſeph Chaviſ annotationes in R. Alpheſi. Hujus pars tantùm minima edita eſt Savionetæ & Cracoviæ: longè plura habentur in Manuſcriptis, quale exemplar habet R. Jacob Romanus, Conſtantinopoli.

נפש אדם *Nepheſch Adam*, Anima hominis. Liber ignoti argumenti, Rabbi Joſeph Moubner. MS.

נפש

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

נפש דוד *Nepheſch David*, Anima Davidis. Itidem ignoti argumenti liber Miſſer Davidis. MS.

נופת צופים *Nóphes tzuphim.* Adducitur in Bibliotheca Rabbinica, ſed ſine expoſitione argumenti. Eſt Rhetorica Miſſer Leonis, edita Coloniæ. *Alia* edita Conſtantinopoli, R. Iſaac Alfuel, varia & vana.

ספר הנצחון *Sepher hannizzáchon.* Præter duos in Bibliotheca Rabbinica commemoratos, extat tertius, etiam diſputationem continens contra Chriſtianos, authore R. Joſeph Kimchi, patre R. Davidis. MS.

נקודות הכסף *Nekuddos hakkeſeph*, Puncta argentea (*ex Cantic.* 1. 11.) Explicatio Cantici Canticorum, R. Abraham Laniado, edita Venet.

נר מצוה *Ner mizvah.* Adducitur in Bibliotheca Rabbinica. Sunt Conciones R. Samuelis Cohen. *Alius* ejusdem nominis, eſt Index in libros Talmudicos, editus Conſtantinopoli.

נורא תהלות *Nora tehillos.* Adducitur in Bibliotheca Rabbinica ſine authore & argumento. Eſt Commentarius in Pſalmos, R. Joel ben שועיב / edit. Conſtantinopoli.

ס

ס

סגלת מלכים *Segyllas meláchim*, Peculium regum. (*ex Ecclеſ.* 2. 8.) Grammatica τοῦ Miſſer David. MS.

סדר אליהו *Seder Elijáhu*, Ordo, i. e. Chronologia Eliæ. R. Eliæ Capſali Hiſtoria univerſalis ſui temporis, MS.

ספר הסוד *Sepher haſſod*, Liber arcani. R. Joſeph Caſpi Expoſitio in Pentateuchum. MS.

סוד הסודות *Sod haſſodos*, Arcanum arcanorum, vel, conſiliorum. Fertur eſſe liber de Conſiliis, Conſiliariis, &c. ab Ariſtotele Alexandro miſſus, olim ex Græco in Arabicum, poſtea ex Arabico in Hebræum translatus. MS.

סיג לתורה *Sejag lethorah*, Sepes Legis. Maſſora R. Meir Hallévi. MS.

סמיכת זקנים *Semichas ſekénim*, Fulcimentum ſenum. Diſceptatio duorum Rabbinorum de quibusdam præceptis ritualibus, edit. Venetiis.

ע

עובר לסוחר *Over laſſocher*, Tranſiens apud mercatorem (*ex Geneſ.* 21. 16.) Arithmetica R. Menachem Tzijon Port. Venetiis apud

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Petrum Aloyſium & Laurentium Bragadinum, An. 387. Chriſti 1527. in 4°.

עדות לישראל *Edus lejiſraël*, Teſtimonium Iſraëli (*ex Pſal.* 122. 8.) R. Schelomoh ben Menachem, in librum Coſri, Expoſitio. MS.

עין הקורא *En hakkore.* *Unus* hujus nominis liber adducitur in Bibliotheca Rabbinica. *Alius* eſt R. Joſe ben Schem Tof, (qui pater ejus qui expoſuit librum More.) Regulæ concionatoribus obſervandæ. MS.

עיר דוד *Ir David.* Præter adductum in Bibliotheca Rabbinica, eſt adhuc alius Miſſer Davidis, ignoti argumenti.

עוללות אפרים *Olelos Ephrajim*, Racemationes Ephraimi, (*ex Judic.* 8. 2.) Liber Sermonum ſive Concionum. Author R. Ephrajim, Liber eſt editus.

עולם קטן *Olam katon*, Mundus parvus, Microcoſmus. Philoſophia R. Joſeph antiquiſſima, ſcripta ante Moſen Ægyptium. MS.

עמוד הכסף *Ammud hakkéſeph*, Columna argenti. R. Joſeph Caſpi Expoſitio in quoſdam Sacræ Scripturæ libros.

עמק החרוץ *Emek hechárutz*, Vallis exciſa (*ex Hoſ.* 1. 5.) Grammatica Hebræa manuſcripta.

עמק רפאים *Emek rephaim*, Vallis gigantum (*ex Joſ.* 15. 8.) Liber R. Cain Gallipapa, de Meſſiæ adventu, ut nonnulli referunt.

עמק השדים *Emek haſſiddim*, Vallis Siddim, (*ex*

(*ex Geneſ.* 14. 8.) Author R. Abraham Levi Aben Megas. MS.

עץ חיים *Ez chajim*, Lignum vitæ. Hujus nominis unus adductus eſt in Bibliotheca Rabbinica: ſed plures ſunt. *Alius* enim eſt R. Aharonis Karaïtæ, De Articulis fidei, juxta mentem Karraïtarum, qui mortuorum tamen reſurrectionem profitentur. *Alius*, R. Abraham Bivaſch, Philoſophicus, MS. *Alius*, R. Ezechiæ Romani, Conſtantinopolitani Rabbini, Grammaticus. MS.

עצמות יוסף *Azmos Joſeph*, Oſſa Joſephi. Quæſtiones & reſponſiones rituales R. Joſeph ben Eſra, recentis authoris Theſſalonicenſis, edit. Venet.

ערוגת המזמה *Arrugas hammeſimmah*, Area cogitationum. R. Abraham Aben Eſræ Tractatus de Anima, obſcuriſſimus, breviſſimus & eloquentiſſimus. MS.

עשרה מאמרות *Aſarah maamáros.* Decem tractatus R. Menachem Aſariæ Mippano. Sunt Conciones vel ſermones Philoſophici & Cabaliſtici. Venet.

פ

פני משה *Pene Moſcheh*, Facies Moſis. R. Moſis Almoſnino expoſitio in Pentateuchum. MS.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

פרפראות ר׳ יעקב *Parperáos R. Jacof*, Obſervationes ſive expoſitiones minutæ Cabaliſticæ, ex Gematriæ, & aliarum Cabalæ ſpecierum myſteriis.

פרקי היכלות *Pirke hechalos*, Capitula de Templis. Liber Cabaliſticus maximæ authoritatis, MS.

פרקי ר׳ ברכיאל *Pirke R. Berachiel*, Capitula R. Barachielis. Cabaliſticus. MS.

פרקי משה *Pirke Moſche*, Capitula Moſis. R. Moſis Almoſnino Expoſitio in פרקי אבות edita Theſſalonicæ. *Alius* eſt Epitome librorum Galeni, facta à Moſe Ægyptio Arabicè, deinde Hebraicè & Latinè verſa, nominéque Florum Galeni in lucem edita.

פורת יוסף Adducitur in Bibliotheca Rabbinica, & attribuitur R. Joſeph Samigæ. *Alius* eſt R. Iſaac Onkeniræ Diſputatio contra Chriſtianos, edit. Conſtantinop. Sed nihili æſtimatur, etiam ab ipſis Judæis Conſtantinopolitanis.

פתחי יה *Piſche Jah*, Portæ Jah. Enchiridion Cabaliſticum R. Iſaſchar Bär / breviter decem capitibus explicans decem Sephiros ſive Numerationes Cabaliſticas. Impreſſus Pragæ. An. 354. Chriſti 1594. in 4°. Vide in Bibliotheca Rabbinica in אמרי בינה.

צ

צורת הארץ *Tzuras haarez*, Figura terræ. Præter eum, qui in Bibliotheca Rabbinica ponitur, *alius* adhuc extat, Geographia R. Abraham bar Chija. MS.

ציץ הזהב *Tziz haſſahaf*, Lamina aurea. Expoſitio R. Abraham ben Chajim in Canticum Canticorum. MS. *Alius* ejus nominis eſt, continens Expoſitionem in libellum Ruth.

צמח צדיק *Tzemach zaddik*, Germen juſtum. Libellus moralis R. Juda de Modena, editus Venetiis.

צפנת פענח *Tzophnath-Paaneaeh*, Revelator arcanorum (*ex Geneſ.* 40.45.) Eſt Declaratio in loca difficiliora Aben Eſræ in Legem, facta à R. Schem Tof Schprot. MS. *Alius*, eſt ritualis de animalium occiſione ritè peragenda, authore R. Onkenira.

צרי הנפש *Tzori hannépheſch*, Balſamum animæ. Liber ignoti argumenti R. Joſeph Moubner. MS.

צרי הגוף *Tzori hagguph*, Theriaca corporis. Medicina R. Nathan Phalakeira. MS.

צרור הכסף *Tzeror Hakkeſeph*, Faſciculus argenti. R. Joſeph Caſpi Logica. MS.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

ק

ספר קבוצים *Sepher kibbutzim.* Liber collectaneorum, vel collectionum, dictorum ſcil. ſapientum. Citat eum Galatinus lib. 3. cap. 5. & adducit ex eo teſtimonium de Meſſia ex Pſalm. 110. Hic liber quoque à Judæis occultatur coram Chriſtianis: interim, extare adhuc inter ipſos, teſtatur Chriſtoph. Helvicus, in fine Tractatus ſui de Paraphraſibus Chaldaicis.

קבוצת כסף *Kebhuzas keſeph.* Collectio argenti (*ex Ezech.* 22. 20.) Liber Algazi Cretenſis, qui hunc, tanquam cæterorum ſuorum librorum epitomen, conſcripſit. MS.

קדש ישראל *Kodeſch Jiſrael*, Sanctitas Iſraëlis. Liber ignoti authoris & argumenti. MS.

קדש קדשים *Kodeſch kodaſchim*, Sanctum Sanctorum. Tractatus Don Vidal ben Lavi, contra Hieronymum de Sancta Fide, Chriſtianum ex Judaiſmo converſum, qui librum contra Judæos edidit.

קהלת יעקב *Kehillas Jaakof*, Congregatio Jacobi. Recenſetur in Bibliotheca Rabbinica, ſed ſine argumento. Eſt autem Commentarius in Eccleſiaſten. *Alius* eſt R. Baruch Aben Jaziah, itidem Commentarius in Eccleſiaſten, edit. Venetiis. Hic citatur à Menaſſe ben Jiſrael in Conciliatore p. 64.

קול יי בכח *Kol adonáj baccóach.* Unus hujus nominis

nominis adducitur in Bibliotheca Rabbinica. *Alius* eſt ὁμώνυμος Miſſer Davidis, MS. *Alius* item R. Moſe ben Chaviſ, MS.

קול תודה *Kol todah*, Vox gratiarum actionis. R. Joſeph Moubner de utilitate 248. membrorum, & 248. mandatis, quæ ſingula ſingulis membris applicantur, MS.

קמחא דאבישונא *Kimcha daaviſchóna*, Farina electa. Eſt Peruſch ſeu expoſitio in librum מחזור Machſor, R. Jochanan de Treves, Venetiis.

ספר הקץ *Sepher hakkez*, Liber finis, vel, de fine. R. Moſis bar Nachman liber, de tempore adventus Meſſiæ, fine mundi, &c. Citatur in מאור עינים fol. 139. 2.

קיצור עקידת יצחק *Kizzur akédas Jitzchak*, Compendium libri Akédas Jitzchak, R. Samuelis Japhe. Conſtantinopoli manuſcriptum habet R. Jacob Romanus.

קרבן אהרן *Korban Aharon*, Sacrificium Aharonis. Rabbi Aharon ben Chajim Expoſitio in librum Siphra, edit. Venetiis.

קרית ס־ר. Unus hujus nominis adducitur in Bibliotheca Rabbinica. *Alius* ὁμώνυμος extat R. Davidis Stellæ, MS. argumenti ignoti. *Alius* item, Liber Maſorethicus, authoris ignoti, MS.

ספר הקירוב והישור. *Sepher hakkirubh vehajiſchur.* Liber manuductionis & directionis. Grammatica eſt R. Jonah ben Ganach,

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

ſcripta Arabicè, & in linguam Hebræam tranſlata à R. Jacobo Romano, Conſtantinopoli.

קרית ארבע *Kirias arba.* Unus hujus nominis adductus eſt in Bibliotheca Rabbinica, ſed ſunt adhuc alii. *Unus*, Rabbi Menachem Rabba, MS. *Alius*, R. Moſis de Trana, Conſtantinopolitani Judæi, MS.

ר

ראשי בשמים *Raſche beſámim*, Præſtantiſſima aromata; (*ex Cantic.* 4. 14.) Grammatica R. Menachem Tamar, ſcripta Anno 5284.

ראשית חכמה. Duo hujus nominis commemorantur in Bibliotheca Rabbinica. Fertur adhuc eſſe tertius, R. Joſeph ben Phalkeira, de Philoſophia Platonica & Ariſtotelica, MS.

רב פעלים *Raf pealim*, Magnus factis. R. Iſaac ben Latif Philoſophia varia, MS. *Alius* eſt, Grammatica R. Joſeph Zarki.

רבע ישראל *Revah Jiſraël*, Quadrans Iſraëlis (*ex Numer.* 23. 10.) R. Jacob ben Machir, de quadrante Aſtrolabii, MS.

ש

שארית יוסף *Scheeris Joſeph.* Unus hujus nominis liber recenſitus eſt in Bibliotheca Rabbinica. Fertur eſſe *alius*, R. Joſeph ben Joſuæ Calendarium, aſtrologica de natalitiis, &c. complectens, editum Theſſalonicæ, cum expoſitione R. Daniel Cohen. *Alius* eſt R. Joſeph Caro in Talmud.

שבח הנשים *Schévach hannáſchim*, Laus fœminarum, Miſſer Davidis.

שבתות י״י *Schabbetos adonaj*, Sabbatha Domini. R. Samuel Aben Schuſen Conciones Sabbathinæ.

שלחן הפנים *Schylchan happánim*, Menſa facierum. Ritualis R. Iſaac Abuhaf, MS.

שלטי הגבורים *Schilte haggibbórim*, Clypei fortium (*ex Cantic.* 4. 4.) R. Abraham Ariæ Mutinenſis liber, quo accuratiſſimè exponit ea omnia, quæ extabant in domo Sanctuarii, rationem ſuffitus, ritus ſacrificiorum, de perſonis Cantorum, janitorum, eorum numero, ordine, &c. & aliis quæ in Templo erant. R. Menaſſe ben Iſrael in Conciliatore ſuo hunc librum citans, vocat eum *Opus ingenioſum*, authorem R. Abraham Harófe.

שמן המור *Schemen hammor*, Oleum myrrhæ. Liber Maſorethicus, MS.

שמן ששון *Schemen Sáſon*, Oleum lætitiæ,

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Itidem liber Maſorethicus, R. Joſeph Saſon, MS.

שער שם הקדש *Schaar ſchem hechádaſch*, Porta nominis ſancti. Liber Cabaliſticus.

שערי ציון *Schaáre Tzijon*, Portæ Tzijonis. Liber eſt in quo exponitur, quot in ſingulis Sectionibus Moſaicis præcepta extent. Author R. Iſaac de Latas.

שפה ברורה *Sapha berúrah*, Labium purum, clarum. R. Abraham ben Eſræ Grammatica, edita Conſtantinopoli. Doctus habetur Scriptor. Grammaticam etiam ſub hoc titulo pollicetur Menaſſe ben Jiſraël.

שפתי דעת *Siphte daas*, Labia ſcientiæ. Liber ignoti authoris & argumenti.

שר שלום *Sar-ſchalom*, Princeps pacis. Samuelis Arepol Expoſitio in Eccleſiaſten. Venet. edita.

שרשים *Schoraſchim*. Adducuntur in Bibliotheca Rabbinica Radices R. D. K. *Aliæ* ſunt R. Jonah ben Ganach, converſæ ex Arabico in Hebræum. *Alias* R. Judæ Chajus, Tertius, R. Gecatiliæ. Quintus., Menachem Sarruc. 6. Salomonis Almuli, vel Ilmule.

שרשות גבלת *Scharſchos gaſlus*, Catenæ terminatæ, (*ex Exod.* 28. 22.) q. Radices determinatæ. R. Selomoh Almouli Collectio omnium auctorum, qui de linguæ Hebraicæ radicibus ſcripſerunt, Conſtantinop. Editum

hoc

hoc Lexicon uſque ad literam ב: cætera vix reperiuntur, ſed periiſſe putantur.

שרשות כסף *Sharſchos keſeph*, Catenæ argenti, q. Radices Caſpi. R. Joſeph Caſpi de Radicibus linguæ Hebraicæ, MS.

שש כנפים *Scheſch kenaphájim*, Sex alæ. R. Salomonis Thalmid Ephemerides, ſex tabulis comprehenſæ, MS.

שושן סודות *Schuſchan Sódos*, Lilium ſecretorum. Rabbi Moſis bar Nachman liber, in quo tot explicantur arcana Cabaliſtica, quot Arithmeticè conficiunt literæ שושן / nempe 656. MS.

ת

תגמולי הנפש *Tagmule hannépheſch*, Retributiones animæ. Articuli fidei R. Elel ben Schachar., id eſt, Luciferi, MS.

תהלה לדוד *Tehillah ledávid*, Laus Davidis. Præter adductum in Bibliotheca Rabbinica, eſt *Alius* De Articulis fidei, Miſler Davidis Mantuani, editus Conſtantinopoli, ubi magni fit à Judæis.

תהלי תהלים *Tehille tehillim*, Pſalmi Pſalmorum. Liber Pſalmorum, in Hebraicum rhythmum, quo nunc utuntur Hebræi, converſus à R. Chanania Aben Jakar. Manuſcriptus extat Conſtantinopoli, ubi non ita pridem confectus.

תוכחת

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

תוכחת מתעה *Tokachas matteh*, Redargutio ſeductoris. Liber R. Iſaac Nathan, contra Hieronymum de Sancta Fide, & cæteros Chriſtianos, demum poſt Hieronymi obitum vulgatus. Contra eundem Hieronymum ſcripſit etiam Don Vidal ben Lavi librum קדש קדשים.

תולדות יעקב *Toledos Jaacob*, Generationes Jacobi. Conciones R. Jacob d' Alu, Venet. edit.

תורה אור *Tórah or.* Præter eum qui adducitur in Bibliotheca Rabbinica, eſt adhuc *alius*, R. Samuelis Cohen, conciones in Legem complectens, editus Venetiis.

תורת ײ *Toras Adonaj*, Lex Domini. R. Joſeph Caſpi Expoſitio Pentateuchi. MS.

תורת משה *Toras Moſche.* Præter adductum in Bibliotheca Rabbinica, eſt *alius* ejusdem nominis R. Moſche Almoſnini.

ספר התחבושת *Sepher hattachboſches*, Liber emplaſtri. Grammaticus liber R. Moſis Kimchi, MS.

תחכמוני *Tachkemoni.* Vide ſuprà מחברות איתיאל.

תכונת זכות *Techunas Sáchus.* Aſtrologia R. Abraham Sachuti, MS. *Alius* eſt R. Abraham ben Dahud, MS.

ספר התכשיט *Sepher hattachſchit*, Liber ornamenti. Cabaliſticus R. Narronaj, MS.

תמר דבורה *Tomer Debórah*, Palma Deboræ

(ex

(*ex Judic.* 4. *verſ.* 5.) Libellus Cabaliſticus parvus R. Moſis Corduero, in quo docet, quomodo homo ex conſideratione decem Sephiroth Cabaliſticarum ad imaginem Dei conformare ſe debeat. Mantuæ Anno 1623. in 8°.

תמת ישרים *Thymmas jeſchárim*, Integritas rectorum (*ex Proverb.* 11. 3.) Rabbenu Jacob Jahiæ, qui, ut olim Jacobus vocatus eſt איש תם *Vir integer*; ſic ipſe vulgò dicitur Rabbenu Tham. Liber ritualis, edit. Venetiis. An fortè eſt ספר הישר / qui adducitur in Bibliotheca Rabbinica?

תעלומות חכמה *Taalúmos chochmah*, Abſcondita ſapientiæ (*ex Jobi* 11. *verſ.* 6.) Rabbi Moſe Galiani Conſtantinopolitani, ineptiæ variæ, MS. Scriptor inſulſus.

תענוג הנשמה *Taanug hanneſchámah*, Oblectatio animæ. Conciones Manuſcriptæ.

תפארת ישראל *Tiphéres Jiſráel*, Gloria Iſraëlis (*ex Thren.* 2. 1.) R. Salomoh bar Tzemach Expoſitio in Eſther, edita Venetiis. *Alius* eſt ab eo, qui adducitur in Bibliotheca Rabbinica, cujus author eſt R. Samuel Jaziah.

תפוחי זהב *Tappuche ſahaf*, Poma aurea (*ex Proverb.* 25. *verſ.* 11.) Sic vocatur Compendium elegans libri *Réſchis chochmah*, R. Jechielis מילי. Editum Mantuæ, An. 383. Chriſti 1623. in 8°. Adjuncta ſunt ei etiam quædam alia moralia.

תקון

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

תקון יששכר *Tikkun Jiſaſchar*, Correctio vel Ordinatio Jiſſaſchar. Eſt R. Iſaſchar ben Suſan Correctio vel ordinatio Calendarii. edita Venet.

תקון מדות הנפש *Tikkun middos hannepheſch*, Correctio morum animæ, R. Schelomoh ben Gavirol. Moralis eſt, Venetiis editus.

תקון סופרים *Tikkun Sopherim*, Correctio Scribarum. Præter eum, qui in Bibliotheca Rabbinica adducitur, eſt *alius* hujus nominis, continens inſtructionem Scribarum ſeu Notariorum, de forma inſtrumentorum civilium, Venditionis, Donationis, Teſtamentorum, Libelli contractuum, &c. à R. Moſe Almoſnino ſcriptus liber. Extat MS.

תרשיש. Adducitur in Bibliotheca Rabbinica, & adſcribitur R. Natronæo. Eſt *alius*, qui continet verſus Rabbi Moſis Aben Eſræ, tot numero, quot literæ iſtius vocis conficiunt.

I N-

INDEX *AUTHORUM* BIBLIOTHECÆ RABBINICÆ.

A

ABba mari bar Moſche. Pag. 188.
Aben Chaſdai. 151.
Abraham *Arias Mutinenſis.* 201.
de Balmis. 100.
Conte. 177.
Aben Eſra. 71. 83. 111. 133. 167. 168. 178. 179. 187. 189. 195. 202. 206.
Bivaſch. 172. 174. 195.
Caſlari. 187.
bar Chaſdai. 183.
bar Chijah. 126. 185. 197.
bar Chajim. 197.
ben Dahud. 204.
ben David. 43. 65. 173.
ben Dior. 31. 74. 129.
ben R. Jechiel porto. 175.
ben R. Jehudah Chaſſan. 58.
ben R. Iſaac. 45. 169.
Hannaſi. 115.
Jegel. 34.
Karraïta. 180.
Laniado. 192.
Levi. 191.
Levi ben Chaſdaj. 41.
Levi Aben Megas. 179. 195.
ben Meir. 127.
Menachem. 94.
Peritzol. 34. 85.
Picus. ------- 147.
Pragenſis. ----- 36.
Sachuth. 70. 170. 204.
Schalom. 106.
Seba, Hiſpanus. 128.

Tza-

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Tzabulon. 75.
Tzorphati. 45.
Abſalom Miſrachi. 32.
Aharon. 108. 186.
Aharon haccóhen. 34. 74.
Aharon ben Chajim Feſſanus. 79. 199.
Aharon Karraita. 195.
Aharon Piſaurenſis. 148.
Akiva. 27. 74.
Alaſchkar. 54. 137. 171.
Algazi Cretenſis. 198.
Alpheſi. 28. 145.
Ama. 144.
Ammaj. 94.
Anſchel. 160.
Aſarias. 32. 51.
Aſarias f. Rabbi Menachem. 91.
Aſcher. 20. 35. 105. 122. 159.

B.

Barachias. 43.
Baruch. 63. 175.
Baruch Aben Jaziah. 198.
Baruch Miggarmiſah. 158.
Bechaj. 25. 31. 36. 38. 76. 111. 120. 140.
Bechaj haddaijan. 59.
Ben Sira. 41.
Berachiel. 178. 196.
Bezaleel. 137.
Benjamin. 94. 132. 145.
Benjamin Seeſ. 137.

C.

Cain Gallipapa. 194.
Cain ben Mouſa Haccóhen. 186.
Calonymus. 21. 202.
Chajim de Buzeolo. 35.
Chajim Obadias Theſſalonicenſis. 36.
Chenanjah Aben Jahar. 203.
Chanoch Conſtantinopolitanus. 190.
Chaſdaj. 26.
Chiskijas. 60.
Craſcas. 87.

D.

Daniel Cohen. 201.
David. 189.
David Avudraham. 109.

Gans.

Gans. 127.
de Leon. 147.
ben Jeſchajah. --- 81.
Kimchi. 90. 115. 146.
de Pomis. 127.
Provincialis. 117. 172. 184.
Ben Simra. 185.
Stella. 170. 184. 199.
Elchanan E ben Bezaleel. 132.
Eldad Danita. 28.
Elel ben Schachar. 203.
Eljakim. 93.
Eljakim f. Rabbi Naphtali. 177.
Elias Alphegi. 187.
Baſchiacus. 25.
Capſali. 193.
Carcaſſona. 169.
ben Lamah. 135.
Levita. 39. 64. 87. 96. 106. 123.
Miſrachi vel Orientalis. 28. 36. 91. 137. 173.
de Vidas. 133.
Elieſer. 34. 73. 99.
Hakkalir. 76.
Magnus Hyrcani filius. 124.
F. Jacobi. 167.
Miggarmiſa. 88. 136.
Eliſa. 185.
Eliſa Gallicus. 46. 145.
Ephodi. 99. 177. 180.
Ephraim. 117. 180. 194.
Ephrajim f. Rabbi Joſeph. 167.
Ezechias Romanus. 195.

G.

Gedaljah. 47. 62. 103. 118. 141.
Gallicus, vide, Eliſa Gallicus.

H.

Haj. 47. 125.
Haj Gaon. 95. 100. 105. 130.

I.

Jacob d' Alu. 204.
ben R. Aſcher. 33.
ben Bivaſch. 173.
Cappelman. 25. 158.
ben Chajim. 41.
Corbeil. 170.
ben Eljakim Heilpron. 131.

Jachia.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Jachia. 205.
ben R. Iſaac. 96.
Landau. 21.
ben Machir 188. 200.
ben Meir. 128.
Romanus 83. 199.
ben Ruben. 52. 187.
Jechiel Aſchkenaſi vel Germanus. 52.
Jechiel Meli. 205.
Jedaja Happenimi, Filius Abrahami Badreſchi. 39 64.
Jedajah f. R. Schemajah. 100.
Jehoſua Aben Schuiſ. 50.
Jehudah, Juda. 61. 79 107 177.
Jehudah *Aben Tybbon.* 23. 59 70 84.
Barſellonius. 70. 121. 157. 169.
ben Bilham. 52. 64.
ben Binjamin 154.
Chajat 94 98.
ben Chalaz. 95.
Chaſid. 63.
Chijug. 27. 43. 107.
ben Elaj. 113.
Haccóhen. 86.
Hallévi. 76. 178.
ben Kariſch. 18.
Lirama. 41.
de Modena. 41. 85. 170 197.
Muſcato. 76.
bar Nachman. 53.
Theſſalonicenſis. 96.
Jerucham. 24 90.
Jeſchua Hallevi. 52.
Immanuel. 88. 138.
Immanuel Bretz. 121.
Immanuel Ben Gjunto Aben Venuto. 181.
Jochanan *Alleman.* 63. 117.
de Treves. 199.
Micas. 42.
Joël ben Schuiſ. 108. 117 192.
Jom Toſ. 78 84.
Jom Toſ Saalon. 182.
Jonah. 30. 136.
Jonah ben Ganach. 54. 199. 202.
Jona Gerundenſis. 43. 74. 145.
Joſephus. 72.
Joſeph. 194.

Joſeph *Ab. Eſra.* 190. 195.
Albo. 119.
Aſchkenaſi. 78.
ben Carnitol. 144.
Caſpi. 169. 171. 181. 193. 194. 197. 203. 204
Chaviſ. 191.
Cracovienſis. 137.
bar Elchanan. 130.
ben Gecatilia. 47. 102. 143. 168. 179.
Hiſpanus. 151.
Hyſſopeus. 131. 187.
Hivanus. 188.
Jabeſch. 176.
Jeſchuah. 173.
ben Joſuah. 201.
bar Iſaſchar. 72.
Kalon. 159.
Karro. 36. 40. 74. 77. 105. 177. 180. 201.
Kimchi. 57. 84 146. 168 170. 171. 187 192
del Medico 96. 106.
Moubner 191. 197
ben Phalkeira. 200.
Samigah. 101. 125. 196.
Saſon. 202.
ben Schem Toſ. 48. 86. 194.
ben R. Schemuel ben Rei. 189.
Taitzak 182.
Tzorphati. 182.
ben Virga. 138.
Zarki. 200.
Joſia Pintus. 180.
Iſaac. 121. 122.
Iſaac Abarbenel 55. 75. 81. 97 100. 104. 107 116. 126. 132.
bar Abba. 116. 120. 183.
Aben Sid. 80.
ben Abraham. 175.
Aramah. 119. 124.
Avuhaſ. 93. 191. 201.
Alchadeſ. 169. 182. 189.
Alfuel. 192.
Campanton. 172.
f. R. Joſeph Corbelenſis. 118.
Cordubenſis. 131.
Creſpin. 189.

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

Dura. 32. 144.
Gerſon. 184.
Haccohen. 28.
Iebeth Hallévi. 181.
Jabes. 83.
Iſraëlita. 71. 102. 187. 188.
Karro. 19. 148.
ben Latiph vel Lataph. 127. 144. 171. 200.
de Latas. 202.
Levita. 103.
Luria. 134.
Nathan. 182. 183. 204.
Obadjah. 48.
Onkenira. 196. 197.
Pragenſis. 132. 139.
ben Ruben. 29.
ben Schelomoh. 103.
ben Schemuel. 48. 78.
bar Scheſchet. 137.
Schprot. 19.
Iſaſchar Bär. 31. 196.
ben Suſan. 206.
Iſmaël. 91.
Iſraël. 190.
Iſraël Aſchkenaſi. 137. 158.
Iſerle. 90.
Ithiel Chariſi. 186.
Judah, vide Jehudah.

K.

Kafvenaki. 129.
Kanna Aben Gadur. 130.

L.

Leo. 45. 46. 49.
Leon de Modena. 46.
Levi. 170. 187.
Levi Barſellonius. 62.
ben Chaviſ. 65. 159.
ben Gerſon. 92. 135.
Lipman Mulhuſinus. 108. 140.

M.

Machir. 19.
Maharil. 87. 137.
Mahir Bombanaſſe. 27.
Manoach. 20.
Manoach Hendel. 61.
Mardochaj. 102.
Mardochaj Japhe. 79.
Dato. 84. 184.
Mattatjah. 108.

Mattatjah Cartin. 186.
Meir. 86.
Meir *Aldabi.* 139.
Angel. 189.
Armaah. 27.
ben Gabbaj. 115. 172.
Hallevi. 193.
Patavinus. 137.
de Rotenburg. 35. 51. 168. 176.
ben Todoros. 80.
de Trinketalia. 115.
Menachem *Aben Serach.* 126.
Aſarias Mippano. 118. 180. 195.
Babylonius. 178.
Haëgoſi. 46.
Lonzano. 146. 172.
Perpinianus. 45. 161.
Rabba. 41. 168. 180. 189. 200.
Rekanat. 65. 122. 136.
Tamar. 200.
Tzijonius. 127.
Tzijon Port. 193.
Menaſſe ben Iſraël. 201.
Meſſer David, Filius Meſſer Leonis. 40. 167. 180. 185. 192. 193. 194. 203.
Meſſer Leon. 180. 187. 192.
Moſche *vel* Moſes *Albelda.* 117. 144.
Almoſnino. 40. 184. 195. 204. 206.
Alſchich vel Elſchich. 47. 58. 62. 102. 117. 122. 129. 134. 152.
Butrillo. 74.
ben Chaviſ. 49. 103. 123. 186.
Chalanah. 169.
ben Chilpheta. 110.
Corduero. 26. 122. 205.
Aben Eſra. 119.
Galiani. 205.
Galante. 129. 138.
Haccohen. 173. 185.
Ilpeles. 35. 51.
f. R. Iſaac. 52.
Iſerle. 140. 152. 153. 172. 190.
Kimchi. 49. 87. 140. 155. 204.
Lota. 40.
ben Majemon, qui

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára

& Ægyptius. 23. 24. 61. 87 104. 107. 133 167. 185
Mardocheus f. R. Samuelis. 62.
Mikkotzi. 112.
ben Nachman, qui & Gerundenſis. 22. 33. 40. 50 54. 57. 59 114. 115 135. 138. 141. 143. 151. 167. 169. 171. 187. 199. 203.
Nager. 182.
Nathan. 168.
Piſante. 177.
Piſcho 56.
Sacerdos de Torſilia. 115.
aben Tybbon. 33. 121. 131. 180. 182.
de Trana. 40. 200.

N.

Naphtali. 178.
Nathan. 120.
Nathan Babylonius. 123.
Phalkeira. 197.
Nechonjah ben Hakkana. 36.
Niſſim. 30. 49. 59. 189.

O.

Obadias de Bartenora. 104.
Obadias Saphorno, vel Siphronius. 26. 32. 105.

P.

Petachjah Ratisbonenſis. 109.
Philippus Aquinas. 98.

R.

Rabba bar Nachmoni. 44.
Rakanati. 128.
Raphaël מנורצי. 34. 103. 109.
Raſchba. 114. 137. 152.
Ruben Hiſpanus. 77. 140.

S.

Saadia Gaon. 19. 21. 30. 74. 178.
Schabbetaj. 147.
Schal-

Schallum Jeruſchalmi. 45
Schelomoh, vel Salomon אלמולי. 125.
Alkabitzius. 94.
Alkalitz. 145
El Conſtantin. 185
f. Judæ Gabrielis 47
ben Gavirol. 78. 84. 190 206.
Iebeth Hallevi. 95. 172.
Jarchi. 30. 81.
Ilmule. 202.
Luria. 32. 71. 75. 93. 118. 138. 144. 175.
Jeruſchalmi. 168.
ben R Mardochaj. 88.
ben Menachem. 193.
Pierra. 169.
bar Tzemach. 196. 187. 205.
de Urbino. 25.
Schem Tof 30. 49. 50. 87. 103. 105 183.
Schem Tof Phalkeira. 22. 172. 183.
Schem Tof Schprot. 197.
Schemuel Alkali. 191.
Arcuvolto. 119.
Arepol. 173. 181. 202.
Azur. 80.
ben Banſchat. 107.
Haccóhen. 49. 100. 192. ... 204. ...
Hannagid. 170.
Japhe. 40. 73. 179. 199.
Jaziah. 205.
Jom Tof. 88.
Laniadi. 77.
Lirama. 100.
Motot. 185.
Aben Schuſen. 201.
Sirſa. 90. 101. 177.
aben Tybbon. 179.
f. R. Judæ Valerii. 60.
Uzeda. 23. 181.
Scheptel Horvitz Pragenſis. 145.
Scherira. 159.
Schimſchon. 78.
Serachja. 183.
Simcha. 89.
Simeon. 51. 71. 188.
Simeon Alkabitzius Duran. 25. 85.
Kejara. 53.
de

Országos Rabbiképző - Zsidó Egyetem Könyvtára